SIB
Backa

# *DISSERTATIO IURIDICA*

# DE PERICULO,

# QUOD ASSECURATORIS EST,

QUAM,

*FAVENTE SUMMO NUMINE,*

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

EELCONIS TINGA,

S. S. THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.

*AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU*
*ET NOBILISSIMAE FACULTATIS IURIDICAE DECRETO,*

PRO GRADU DOCTORATUS

*SUMMISQUE IN IURE ROMANO AC HODIERNO*
*HONORIBUS AC PRIVILEGIIS*

*IN ACADEMIA GRONINGANA*

*RITE AC LEGITIME CAPESSENDIS,*

*PUBLICO AC SOLENNI EXAMINI SUBMITTET*

CORNELIUS BACKER.

Ad diem IX Iunii MDCCCXXI. Hora X.
In choro templi academici.

*GRONINGAE*, apud
I. OOMKENS,
Academiae - Typographum.
*1821.*

*VIRIS*

*IN PATRIAM MERITIS ET NATALIUM*

*SPLENDORE*

*SPECTATISSIMIS,*

*AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS*

MELLONI SICHTERMAN

*I. U. D.*

*AVO CARISSIMO*

ET

CORNELIO BACKER, IUNIORI

*I. U. D.*

*URBIS AMSTAELODAMENSIS SENATORI,*

*PATRUO OPTIMO*

SACRUM.

# ORDO OPUSCULI.

C A-

## ORDO OPUSCULI.

### *CAPUT QUARTUM.*

#### DE TEMPORE ET LOCO PERICULI.

*Les dangers de la navigation entravaient le commerce. Le système des assurances a paru; il a consulté les saisons; il a porté ses regards sur la mer; il a interrogé ce terrible élément; il en a jugé l'inconstance; il en a pressenti les orages; il a epié la politique; il a reconnu les ports et les côtes des deux mondes; il a tout soumis à des calculs savans, à des théories approximatives et il a dit au commerçant habile, au navigateur intrépide: certes, il y a des désartres sur lesquels l'humanité ne peut que gémir, mais quand à vôtre fortune, allez, franchissez les mers, déployez vôtre activité et vôtre industrie: je me charge de vos risques. Alors, s'il est permi de le dire, les quatre parties du monde se sont rapprochées.*

*Exposé des motifs par M.* CORVETTO.

# DISSERTATIO
## IURIDICA INAUGURALIS,

### DE PERICULO,
### QUOD ASSECURATORIS EST.

### *INTRODUCTIO.*

Si quae ſunt conventiones, quae ad promovenda civium commoda maxime faciunt, eas esſe opinor, quarum eventus incerto caſu regitur. De ratione, qua publica auctoritate per ſortes in pecuniam luditur (lotariam dicunt) non loquor; dubitari enim licet, an ab omni parte commendanda ſit, quamvis, quaſi tributum volentibus imponatur. Sed alii ſunt eiusmodi contractus, civium ſaluti maxime inſervientes, in quibus alea locum remotiorem occupare videtur. Huc pertinent, quae viduis alendis conduntur aeraria, et reditus, incerto vitae ſpatio impoſiti, quorum praecepta in iure civili traduntur. Omnes enim illae conventiones, quamvis computatione nitantur, alea tamen commixtae ſunt, et a fortunae inconſtantia pendent. Cum mer-

caturae autem natura tam felici ſucceſſu conſpirant, ut maximam ei utilitatem praeſtare videantur. Mercatorum enim negotia lubrica eſſe ſolent et incerta, et ſaepe accidit, ut, quam conceperant lucri ſpem, adverſa fortuna disturbet. Ipſi igitur, initis conventionibus, quae ab incerto eventu pendent, ita ſe tuentur, ut, quod ab una parte fortuna negat, ab altera praeſtare cogatur. Aſſecurationis contractum reſpicio, nobilisſimum ſerioris aevi inventum, quo quis cum alio, data pecuniae ſumma, paciscitur, ut, quae rei ſuae inferuntur damna, ab hoc reſtituantur.

Quamvis, inito hoc contractu, alia etiam pericula averti posſint, ea tamen asſecuratio, quae pericula maris complectitur, frequentia atque utilitate ceteris anteponenda videtur. Difficile autem dictu eſt, quantum ab hac asſecuratione mercatura habeat praeſidium. Ea enim mercatorem ad extendenda commercia incitat, et contra adverſam fortunam ita tuetur, ut nullum fere ſentiat damnum. Illius, quem rei familiaris anguſtiae a ſuſcipiendis negotiis deterrent, animum confirmat et erigit, eumque ſine metu conſilia ſua ad exitum perducere iubet. Mercatorum igitur animos excitat, ingenia acuit, numerum auget, et, quo maxime extenſa ſunt commercia, maris pericula ſibi ſubiicit et fortunae eripit inconſtantiam.

Ab hac asſecuratione contra maris pericula probe

be distinguenda ea est, quae ludendi aviditate tantum contrahitur, et a ſcriptoribus Italis perperam *asſecurationis* nomine inſignita est (1). Qualescunque enim ſponſiones in agenda mercatura avertendae ſunt, cum eius fructus non absque labore, ſed diligentia demum et prudenti conſilio colligi posſint. Plerique igitur populi tales asſecurationes legibus non tuentur, vel etiam prohibent. In Etruria autem, Neapoli et apud Luſitanos contrahi ſolent, easque Anglorum leges, quamvis limitibus circumſcriptas, itidem permittunt (2).

Inventae asſecurationis aetas latet, et in indaganda eius origine multi frustra fuerunt ſolliciti. Asſecuratio enim non felici mentis acumine excogitata, ſed a tenuisſimis initiis et quaſi ſponte ſua orta videtur, adeo ut definiri nequeat, quando extiterit. Uſu dein exigente et hominum necesſitatibus magis invaluit, atque frequentiori mercaturae ſtudio aucta ac perfecta est. Argumento mihi ſit elegantisſimus Lucretii locus:

„ Navigia atque agriculturas, moenia, leges
„ Uſus et impigrae ſimul experientia mentis
„ Pau-

(1) Exempla vide apud STRACCHAM de Asſ. et Sponſionibus Mercatorum, parte II, N° 17, 18, 19, 20.

(2) BENECKE, *System des Asſekuranz und Bodmereiweſens*. Hamburg 1810. Cap. 2, Sect. 5. pag. 295.

„Paulatim docuit pedetentim progredientes" (3). Quemadmodum igitur frustra quaerimus, quaenam prima fuerit mercatorum societas ad promovenda commercia, sic quoque dici non posse videtur, quando ad avertenda damna prima assecuratio contracta sit (4). Constat vero, illam antiquitati prorsus fuisse ignotam, eiusque nulla fit mentio in iis, quae nobis de Phoenicum, Carthaginiensium et Graecorum mercatura et navigatione traduntur. Leges quoque Rhodiorum, eae saltem, quae hoc nomine insigniuntur, assecurationem non memorant, quamvis navalis eorum gloria et disciplina summis laudibus efferatur (5). Dubium igitur non est, quin assecuratio, si usu iam recepta esset, his quoque temporibus magno mercaturae fuisset emolumento. Sed earum gentium commercia non adeo extensa et periculosa fuisse videntur, ut, adhibito assecurationis auxilio, alios in partem discriminis vocarent, et opum privatarum clades averterent.

Leges Romanorum nauticae, quae maximam partem ex Rhodiis legibus conflatae dicuntur, assecurationis nullam fecerunt mentionem. Quamvis enim

(3) De R. N. Lib. V. Versu 1447.

(4) MORTIMER, *Lectures on the Elements of Commerce* etc. Lond. 1801, pag. 141.

(5) CICERO, in Oratione pro lege Manilia.

enim post bella Punica maris domini esſent (6), Quirites tamen copiis maritimis magis ad ſubiiciendos hostes, quam ad propaganda commercia utebantur. Mercaturam, uti CICERO testatur, ſi tenuis est, ſordidam putabant; ſin magna et copioſa, multa undique adportans multisque ſine vanitate impertiens, non admodum iis vituperanda videbatur (7). Propter hunc igitur rei utilisſimae contemtum, mercatura libertis ſociisque relicta erat. Sed, quamvis commerciis non faverent, mercaturae tamen et navigationibus liber, qui a natura datur, curſus erat (8). Immodica enim tributa vel commercia ob populorum invidiam interdicta mercaturam non deprimebant et armatae clasſes navigationem contra piratas tuebantur. Ab ipſis autem hostibus vel maris tempestatibus hoc tempore tantum periculum non erat, cum mare, per quod potisſimum mercatura exercebatur, undique Romanorum provinciis vel ſociis esſet circumfuſum, cumque in navigatione litora legere et hyemali tempore navibus otium facere conſuevisſent (9). Sed ipſa haec merca-

(6) AZUNI, *Droit maritime de l'Europe*, Ch. III. art. 3, 4, 5, pag. 358, ſeqq. et pag. 65.

(7) de Off. L. I. Cap. 42.

(8) GRATAMA, Oratio de fera nec multum provecta Quiritium humanitate, tum in aliis, tum maxime quoque in legum monumentis perſpicua, § 7.

(9) HUET, *Histoire du commerce et de la navigation des anciens.* pag. 272.

caturae securitas, et nautarum in navigando prudentia in caussa fuisse videntur, cur ipsis in mentem non venerit, inita assecuratione, pericula dividi et inter plures dispertiri posse.

Fuerunt tamen nonnulli, qui in historia Romana huius contractus vestigia deprehendisse sibi videbantur. Occurrunt certe apud auctores LIVIUM, SUETONIUM, CICERONEM loca, quae cum ea aliquam communitatem habere videntur, sed ipsam assecurationem minime continent (10). Intelligi tamen potest ex foenore nau-

(10) LIV. Lib. XIII, Cap. 49 et Lib. XXV, Cap. 3. — CIC. ad fam. Lib. II, Ep. 17. — SUET. in vita Tib. Claud. Cap. 18. — Praeter scriptores antiquiores, qui assecurationem Romanis cognitam fuisse contendunt, hanc sententiam tuetur REIMARUS, (vide BUSCH *und* EBELING *Handlungs Bibliothek*, B. 3, st. 1, No. 3.) quem refutavit vir summus HUGO *Civilistisches Magazin*, Tom. III, pag. 127. Optime autem dicta loca explicata mihi videntur a viro eruditissimo S. BECKMAN, *Beiträge zur Geschichte der Erfindungen*, Leipz. 1782. Tom. I, pag. 204, qui de historia assecurationis conferri meretur. — Contraria autem sententia maxime nititur laudato Ciceronis loco, ubi Salustio scribet. „Laodiceae me praedes arbitror accepturum omnis pecu„niae, ut et mihi et populo cautum sit, sine vecturae periculo." Hisce autem verbis CICERO non de assecuratione, sed potius de cambio vel assignatione videtur cogitasse. Cf. BECKMAN et HUGO loc. laud. Iis tamen revera assecurationem contineri contra HUGONEM defendit KÖLLE. Vide HUGONEM in Ind. Tom. II. — Locus ex SUETONIO certe probat, Claudium sollicite annonae curam gessisse, sed ad assecurationem referri non potest. Merito igitur mirari licet, ANDERSONUM, *Geschichte des Handels*, I, pag. 225, assecurationis inventionem Imperatori Claudio tribuisse.

nautico Romanos iam didicisse maris pericula in alios transferre.

Medii, quod dicitur, aevi temporibus, gentes, mari Mediterraneo adiacentes, legibus Rhodiis utebantur (11). Cum vero ab irruptionibus barbarorum Europa se reciperet, Italorum studia maxime in mercaturam inciderunt. Pisana civitas prima fuisse videtur, quae codicem de rebus ad mercaturam pertinentibus condiderit, anno 1075 Gregorii VII auctoritate confirmatum. Amalphi etiam, aliaeque civitates, sua hac de re promulgarunt iura, quae pro magna parte legibus Rhodiis, tanquam fundamento, nitebantur. Cumque progressu temporis humanitatis commercia latius extenderentur, pleraeque gentes, quae mercaturam exercebant, codice legum maritimarum, Italis *consolato del mare* dicto, usae fuisse videntur. (12).

Praeter maris consulatum iura maritima insulae Olerontis (*Role* vel *Jugements d'Oleron*) magna auctoritate etiam apud exteros viguerunt (13). Quamvis ea post consulatum edita fue-

(11) BENECKE, *Einleitung*, pag. VI.

(12) De origine Consulatus conferri meretur AZUNI, Ch. IV, Art. 8. §° imprimis 35.

(13) Scriptis mandata fuerunt iura Olerontis ab Eleonora, Guianae duce, anno fere 1150. Dein vero aucta fuisse videntur a Richardo I, Angliae rege, Henrici ducis Normandiae ex Eleonora filio. BECKMAN, II. pag. 208.

fuerint, hoc tamen minus perfecta existimanda sunt, quod nullam foenoris nautici mentionem contineant. Cum vero de assecuratione utraque lex taceat, certum esse videtur, eam hoc tempore nondum invaluisse.

Iisdem fere temporibus invaluerunt leges Wisbicences, ab urbe Wisbia, celeberrimo Suediae in insula Gothlandia emporio, ita dictae. Earum autem tanta fuit auctoritas, ut non solum apud huius urbis cives, verum apud Trans-Rhenanos omnes, Hollandos etiam et Zeelandos pro iure Gentium viguerint (14). De earum aetate inter auctores dissensio orta est, cum nonnulli eas antiquissima recentioris aevi iura maritima continere contendant (15); aliis autem additamenta tantum videantur earum legum, quas ab Eleonora conditas esse vidimus (16). Cum vero leges Wisbicences ab huius urbis civibus et mercatoribus paullatim collectae (17), et iam anno 1163 ab imperatore Lothario II confirmatae sint (18), nonnullae saltem earum constitutiones legum Olerontis promulgationem praecessisse videntur.

His

(14) AZUNI. ll. pag. 453 et GROTIUS, ibi. l.

(15) KURICKE, Ad ius mar. Hanseat., pag. 681, BECKMAN, l. l.

(16) B. M. EMERIGON, *Traité des Assurances et des contrats à la grosse. Preface.* pag. XI et auct. ibi. laud.

(17) AZUNI, l. l. pag. 450 et KURICKE, l. l.

(18) BENECKE, *Einl.* pag. IX.

His autem Wisbiae legibus plerique auctores asſecurationis veſtigia contineri existimant (19). Articulo enim 67 de cautione dicitur, pro navi ſtipulata, et ſub hoc cautionis nomine asſecurationis initia latere putant (20). Alii tamen merito ſuſpectam habent huius conſtitutionis antiquitatem, eamque ſerioris aevi additamentum esſe contendunt. Sed quamvis commentitia habenda ſit, certe tamen antiquisſimae est originis, cum codice ſaeculi XV, quo VERWERUS uſus est, iam contineatur (21).

Quamvis igitur asſecurationis initia in ſeptentrionalibus regionibus appareant eo tempore, quo nullam earum mentionem deprehendamus in historia vel legibus populorum mari Mediterraneo adiacentium, auctores tamen ab Italis asſecurationem repetere ſolent (22). Hanc deinde ad Hispanos pervenisſe et ab iis in patriam nostram, in Galliam, aliasque regiones migrasſe contendunt. Sed, quamvis hac ratione permulta rerum utilisſimarum inventa propagata ſint, conſequens non est, ut eadem esſe de-

(19) EMER. Pref. pag. 12. AZUNI, II. § 5, pag. 453.

(20) In editione legum Wisbicenſium a VERWERO nostro curata articulus est 67, quem BENECKE etiam nuncupat. EMERIGONUS art. laudat 66, AZUNI 63, quamvis eandem conſtitutionem reſpiciant.

(21) VERWER, *Nederlands Zeeregten. Voorreden*, pag. IX.

(22) BENECKE, *Einl.* pag. X.

debuerint asſecurationis fata. Antiquisſimae enim, quae in istis regionibus de asſecuratione leges ſuperſunt, anno 1435 Barcinone ſunt conditae, easque proxime Florentinorum leges ſequuntur, anno 1523 promulgatae. Licet vero leges fuisſe videantur iis antiquiores 23), asſecurationis originem in commento legis Wisbicenſis adeo remotiorem deprehendimus, ut Italis eius inventionem concedere non posſim. Merito enim mirari licet, nec in legibus, nec ab historiae ſcriptoribus eius mentionem esſe factam, cum inferioris Europae populi hoc tempore ceteris gentibus literarum gloria longe praecellerent. Quid, ſi ſtipulata illa cautio, de qua in legis Wisbicenſis additamento dicitur, ab Italis esſet derivanda, nonne cum ipſa re rei nomen invaluisſet?

Asſecurationis igitur initia, quae futuram rei amplitudinem certe non indicarunt, frustra in historiae vel legum monumentis quaeri videntur. Sin autem in tanta rerum caligine, ea arripienda ſententia est, quae coniecturae probabilitate maxime nititur, Belgis mihi vindicari liceat inventae asſecurationis gloria. Hanc ſententiam, qua iuveni modeste a virorum gravisſimorum auctoritate recedendum videtur, nemo

(23) BENECKE, *Einl.* ibidem.

mo certe mirabitur, qui noverit, quanta iam faeculis XIII et XIV apud Flandros fuerit commerciorum frequentia. Omnia enim, — et temporis ratio, et navigandi apud Europaeos folertia, et locorum opportunitas mercaturae in Belgio favere videbantur, eaque commercia in Flandrorum humanitatem et politicam civitatis conditionem maximam vim exercuerant (24). Propofita autem fententia magis etiam erit probanda, fi quis, Italorum ingenia moresque attendens, cogitaverit, asfecurationem magis prudentiae, quam fagacitatis inventum esfe. Sed maxima inde mihi accedit auctoritas, quod anno iam 1310 Brugis ad diiudicandas, quae ex asfecuratione oriuntur lites, collegium fuerit conftitutum; quae quidem inftitutio plus quam faeculum primam, de qua vidimus, asfecurationis mentionem, praecedit (25).

Cum

(24) Conferatur, quae anno 1777 Academiae Bruxellenfis praemium reportavit, commentatio ad quaestionem: *hoedaenig was den ftaet van de handwerken en van den koophandel in de Nederlanden ten tijde van de dertiende en veertiende eeuwe? — door de Heer* W. T. VERHOEVEN. Proftat in *Memoires sur les questions proposées par l'acad. Imp. et Royale des sciences et belles lettres de Bruxelles, qui ont remporté le prix en 1777 à Bruxelles.* 1778 in 4°. — Vide etiam *Verfuch einer Handelsgefchichte der Länder, welche an der Schelde liegen, befonders aber von Flandern und Brabant in dem Handbuche für Kaufleute für das Jahr* 1785. Tom. II. pag. 251. feqq.

(25) *Chronyke van Vlaenderen* Cap. XI. pag. 462. *Door het ver-*

Cum vero iuris Wisbicensis commentum umbram assecurationis referre videatur, erunt fortasse, qui eius originem apud hanc vel illam foederis Hanseatici civitatem quaerendam esse existimant, ubi leges Wisbicenses viguerunt. Sed cum nostrates etiam hoc iure uterentur, illudque, teste VERWERO, maxima pro parte Flandricis legibus commixtum sit (26), nostra potius sententia hoc legis additamento confirmatur. Hanseaticae enim civitates in tanta assecurationis ignorantia versabantur, ut in earum legibus, quae annis 1591 et 1614 scriptae sunt, nulla eius mentio vel vestigia occurrant (27).

Antiquissimae de assecuratione leges apud Belgas, saltem eae, quae auctoritate sua apud plures civitates valebant, a Carolo V lata sunt. Hic

*verzoek van de Bruggelingen heeft hij aan de stad verleent de kamer van verfekeringe, bij de welke een ieder zijne koopmanschappen, dewelke op de Zee ofte ergens in gevaer waeren, dede verfekeren, mits eenige croysen bij 't honderd, gelijk nog in gebruik is, daer vooren te betaelen. Maer omdat zoo nuttighe instellinge voor de kooplieden niet soo haest soude verdooft, als in 't licht en ghebruijk gebroght zijn, heeft hij selfs ook verscheijde wetten en manieren voorgeschreven, dewelke soo van de kooplieden, als van de verfekeraers (asfuradeurs genaemt,) moesten stiptelijk onderhouden worden.* Locum laudatum vidi apud V. MARTENS *Grundris des Handelsrechts.* Göttingen 1820. pag. 213.

(26) VERWER, *Ned. Zeeregten. Voorreden.* pag. X.

(27) Conferri hic meretur SARTORIUS, *Geschichte des Hanseatischen Bundes.* Gött. 1802. Tom. I. pag. 245. seqq.

Hic enim annis 1537 et 1547 ordinationes edidit, quibus nonnulla de asſecuratione praecepta continentur, et posteriorem ordinationem, repetita lectione, multis additamentis auctam anno 1551 iterum promulgavit. Philippus II Hispanis anno 1556 nonnulla praecepit de asſecurationibus pro commercio Indiae contractis, et anno 1563 de iure nautico et asſecurationibus legem tulit. Elapſo autem vix quinquennio asſecurationem, in abuſum converſam, prohibuit, eamque denuo anno 1570, novis legum dispoſitionibus ſubiectam, permiſit. Has leges apud Hollandos tam in reſpondendo, quam iudicando fuisſe receptas, BYNKERSHOEKIUS testatur (28).

Cum progresſu temporis commercia e Belgiae provinciis ad nostrates migrarent, florentisſima Hollandiae et Zeelandiae emporia Amſtaelodamum, Roterodamum, Dordracum, Medioburgum, Vlisſinga ſuas de asſecuratione condiderunt leges. Iis autem recenſendis otium mihi fecerunt BYNKERSHOEKIUS, qui antiquiora (29), et VAN DER KEESSEL, qui recentiora patriae ſtatuta enumeravit (30).

Commerciorum frequentia, et, quae ex iudicantium aequitate et bona civium fide fama inter-

(28) Quaest. Iur. Priv. Lib. IV. Cap. 1. pag. 519.
(29) Q. I. Priv. ibidem.
(30) Theſes Iuris Holl. et Zeel. th. 711.

ter gentes Europaeas divulgata erat, effecisse videtur, ut statuta nostra apud exteros etiam recepta fuerint. Sic apud Bremenses legum auctoritate gaudebant, et Russi Amstaelodamensium de assecuratione statuto utebantur ad annum usque 1781, quo Catharina II de disciplina navali ordinationem edidit. Apud nostrates autem statuta ea valuerunt, donec patria nostra Gallorum imperio legibusque subiiceretur.

Mercatorum probitati et receptae consuetudini, qua lites electis arbitris dirimi solebant, tribuendum etiam videtur, quod ius patrium in rebus ad mercaturam pertinentibus, mira interpretum inopia laboret, et iurisprudentia minus exculta sit, quam pro commerciorum frequentia et insigni nostratium iurisperitia augurari licuisset. Extat tamen egregium huius scientiae documentum, quod Icti celeberrimi (31), iussu regis Ludovici, pro Codicis specimine exhibuerunt, quodque, non insueto legum propositarum fato, iuris auctoritate non est munitum.

Quamvis igitur doctae commentationes nostratium in iure mercatorio merita non evincant, historia tamen testatur Ludovicum magnum, qui praeclaras de re mercatoria leges tulit, mer-

ca-

(31) A. VAN GENNEP. M. S. ASSER. I. VAN DER LINDEN.

catorum ex Hollandia auxilio ufum fuisfe (32). Antea enim Gallorum commercia iure confuetudinario (quod fub nomine *le Guidon de la mer*, faeculo XV, Rotomagi collectum dicitur (33)) erant fubiecta, illudque fubinde novis edictis amplificabatur. Cum vero invalescente mercaturae ftudio, leges illae medica manu indigerent LUDOVICUS MAGNUS praeter alias ordinationem edidit de iure maritimo, deinceps VALINI, et, qua asfecurationem fpectat, EMERIGONI commentariis praeclare illustratum. Hac igitur lege ufi funt Galli ab anno 1681 ad elapfum annum 1807, quo ftatutum erat decreto 17 Septembris, ut a 1 menfis Januarii die anni 1808 novus de re mercatoria Codex valeret, utque abrogata esfent omnia iura de illis rebus, quae novo Codice erant comprehenfae. — Nostrates autem, a malis in peiora delapfi, tandem anno 1811 1 d. Martii Gallicis de mercatura legibus fubiecti funt, quarum in tristi commerciorum languore non magnum erat incommodum. Nunc autem, inopinato fummi Numinis beneficio, in libertatem vindicatos, regia cura fperare iubet, ut mercatura nostra brevi, patriis fubiecta legibus moribusque, iterum florere incipiat.

Adum-

(32) MEIJER en TIJDEMAN, *Briefwisfeling*, pag. 361.
(33) EMER. *Pref.* pag. XIII.

Adumbrata igitur iuris historia, paucis videamus, qua ratione leges asſecurationis naturam, praeceptis definitam ac moderatam, mercaturae commodis permiſerint. Cum vero etiam nunc iure Gallico utamur, primum ei in disputatione nostra locum concedendum videtur. — Asſecurationes, ubicunque contractae ſint, communi omnium fine, ad reſarcitionem tendunt damni, rei asſecuratae in navigatione illati, niſi quod clauſula exceptum ſit, vel asſecurati dolo vel culpa existat. Omne enim lucri ſtudium ab eius natura alienisſimum est, et, contracta asſecuratione, asſecurator ſusceptae obligationis vinculo ſe ipſum ſolvere nequit. Sed, quamvis communi hoc fundamento omnes nitantur, magna tamen inter leges ſingulorum populorum hac in re diverſitas est. Utilisſima igitur mihi iuris patrii cum legibus Gallicis videtur collatio, quippe quae non uno reſpectu diverſam rationem ſectari videantur. Nec mira haec iuris diverſitas ab eo existimari potest, qui, inſtituto examine, Gallorum mores, praeſertim in re mercatoria, et antiquas conſuetudines cum nostratium moribus et iure antiquo comparaverit. — Maxima autem discrimina, quae leges nostras et Gallicas intercedunt, ex diverſis notionibus derivantur, quas leges vel Icti praecipuis huius contractus obligationibus ſubiecerunt. Sic damni reſarcitio ab asſecuratore facienda apud nostrates latius extenditur, quam apud Gal-

Gallos, pro diverſa notione, quam Galli vel nostrates damni reſarcitioni inhaerere existimant (34). Eadem ratione apud Gallos latiori notione, quam apud nos, obligatio asſecurati accipitur. Damna enim, quae dolo vel culpae navarchi tribuuntur, apud nos asſecuratori impoſita ſunt; apud illos autem ipſi asſecurato ſunt relicta, qui melius, quam asſecurator, navarchum noviſſe existimatur. In hac legum discrepantia non tantum leges Gallicae, ſed iura etiam patria quodammodo a rei natura receſſiſſe crediderim. Sed maxime laudandi ſunt dicti ſpeciminis auctores, qui non tantum mercaturae utilitati optime conſuluiſſe, ſed iustas etiam asſecurationi limites mihi poſuiſſe videntur.

Cum anno Academico, proxime elapſo, immortalis memoriae TWISTIUM, iura mercatorum praeclare explicantem audiveram, hic mihi auctor ſuaſorque exſtitit, ut ex asſecuratione materiam tractandam ſeligerem, iuridicae disputationi idoneam. Asſecuratio enim, ſi tota exponeretur, adeo est cum aliis rebus coniuncta, ut ſcriptionis Academicae fines longe lateque excedat, et multa etiam, quae huc pertinent, uſu et foro mercatorum reguntur. Ut igitur, quae ex iuris fontibus haurienda esſet, dispu-

ta-

(34) Cap. II. ſect. altera, § 4 in fine.

tationem inſtituere posſem, dicere conſtitui de *periculo asſecuratoris*, ſive de obligatione, quam asſecurator in legitima asſecuratione ſuscepit, reſectis omnibus, quae vel ad formam pertinent, vel ad rationem, qua damnum reſarciatur, referenda ſunt. Elegantisſime hac de re dixit ſummus VALINUS: „*C'est ici une espèce de jeu, qui exige beaucoup de prudence de la part de ceux, qui s'ij adonnent. Il faut faire L'ANALIJSE DES HASARDS, et poſéder LA SCIENCE DU CALCUL DES PROBABILITÉS, prévoir les ecueils de la mer, et ceux de la mauvaise foi, ne pas perdre de vue les cas insolites et extraordinaires, combiner le tout, le comparer avec le taux des primes, et juger quel ſera le resultat de l'ensemble.*"

Quae igitur hac de re collegeram et meditatus eram, ita diſpoſui, ut ex primo disputationis capite conſtaret, periculo asſecuratoris in asſecuratione primum locum concedendum esſe, a quo cetera omnia quodammodo divergunt vel quo reguntur. Rei enim periculum, quod asſecurator ſustinet, obiectum est asſecurationis, minime, quod nonnulli perperam dicunt, ipſa res asſecurata, ſi illam a periculo ſeiunctam respicias. Sic autem rei naturae mihi congruum viſum est, ut altero capite traderem, quaenam res periculo asſecuratoris ſubiici posſint, ſive quae ſint periculi obiec-

iecta. Expositis iis, magis ad propositum assecurationi finem disputatio se convertit, eaque capite tertio explicantur pericula, quae, contracta assecuratione, in assecuratorem transeunt. Tandem vero capite ultimo exposui, quibusnam temporis et locorum spatiis assecuratoris pericula contineantur; iisque peractis, me legum iussis et carissimi praeceptoris voto satisfecisse existimabam.

Habes B. L! ordinem, quem in disputatione mea servavi, et vides, quid me moverit ad tractandam materiam, mediocritati meae fortassis non convenientem. Hinc igitur spero fore, ut conatus iuveniles, in ardua nitentes, vestram mihi indulgentiam concilient. — Equidem vero, quoties florentissima literis et aurea inprimis iurisprudentiae tempora mente recolo, quae elapso studiorum sexennio vidi, toties memoria incidit in luctuosam TWISTII mortem, et pro vobis vota facio, qui iurisprudentiae gloriam, favente Deo O. M., tueri pergitis. Vobis igitur, quos aequa mihi fortuna praeceptores obtulit, GRATAMA et VAN ENSCHUT! maximas habeo ac refero gratias. Tibique, vir clarissime! qui, Traiectum profecturus, gratam mihi et commilitonibus meis recordationem fecisti, omnia laeta sint et ex voto cedant! — Valete, valete omnes, quos in hac Academia habui praeceptores, quorum in me collata beneficia nulla obruet dies, nulla dele-

 bit

hit oblivio. Omnia, precor, feliciter vobis eveniant, vosque in Academiae gloriam diu servet incolumes, qui praesenti Numine cuncta regit!

# CAPUT PRIMUM.

## DE PERICULO ASSECURATORIS, ASSECURATIONIS FUNDAMENTO.

### § 1.

*De definienda asſecurationis notione.*

Cum propoſitum nobis ſit *asſecuratoris periculum* exponere, primo videamus necesſe est, quibus terminis ipſa asſecuratio comprehenſa ſit. Quo magis enim asſecuratio ab utilitate ſua commendanda ſit et diverſis civium commodis inſerviat, eo magis ex doctrinae praeceptis distincta eius atque accurata definitio requiri videtur.

Asſecuratio, quae generis nomine omnes omnino illius formas ſive ſpecies complectitur, tam apta definitione GROTIUS aperuit, ut accurata ipſius notio cum ſumma ſimplicitate cohaerere videatur. Eam enim conventionem dicit, qua ſuscipimus incertum periculum, alteri expectandum, ſub certa mercede (1). Uti autem in ceteris contractibus aleatoriis, quibus asſecuratio ad-

(1) *Inleiding tot de Holl. Regtsg.* III. 24. 1. — de J. B. ac P. II. 12. § 3.

adnumeranda est, a fortunae five cafus inconftantia eventus pendet, ita *in periculo, quod ab incerto eventu aeftimationem habet*, vera asfecurationis nota quaerenda est.

Cum definitione GROTIANA, uti ipfa res, ita omnes fere definitiones conveniunt, quibus fcriptores asfecurationis notionem fubiecerunt (2). Sed ex mente legis Gallicae, inprimis de asfecuratione contra maris pericula ftatuentis, magis probanda videtur definitio, quam tradit EMERIGONUS: *Le contrat d'assurance est une convention, par la quelle on promet indemnité des choses, qui sont transportées par mer, moyennant un prix convenu entre l'assureur, qui prendra peril sur soi, et se charge de l'evenement, et l'assuré, qui fait, ou fait faire le transport.* Ex mente igitur legis Gallicae asfecuratio dicenda videtur *contractus aleatorius, bilateralis, quo pro certo pretio fufcipitur praeftatio damni, quod ex incerto navigationis periculo rebus alienis accidere potest* (3).

Si

(2) ROCCUS, de asf § 1. BYNKERSHOEK, Q. I. Publ. I. Cap. 24, pag. 135. POTHIER, *Du contrat d'asf.* N°. 2. VAN DER KEESSEL, Th. Jur. Holl. th. 712.

(3) Viri conf., qui anno 1809 fpecimen legis de rebus ad mercaturam pertinentibus exhibuerunt, generaliorem eius dederunt definitionem: *Asfurantie of verzekering is een contract, waarbij de asfuradeur of verzekeraar op zich neemt het gevaar van alle, ook fommige of enkele onheilen, waaraan zekere zaak is blootgefteld en zich verbind om den verzekerden, wegens de naden-*

Si quaerimus, quando et qua ratione asſecuratio ad effectum perducatur, duplex animadvertenda conditio est, quae in eam vim exercet. Prima haec est, ut nulla ſit asſecuratio, ſi ante periculi initium iter omittitur, etiamſi illud *facto asſecurati* eveniat (art. 349). Frustra contra hanc conditionem dicitur, contractum ſub hac conditione, *ſi volam, nulla ſit obligatio* (4), iniri non posſe, *cum in arbitrium rei conferri non debeat, an ſit obſtrictus* (5). Asſecurato enim non licet pro libitu extinguere contractum et praemium repetere vel non ſolvere, ſed tum demum, ſi ab ipſo itinere deſistat. Haec igitur conditio magis ab ipſo itinere, quam ab asſecurati voluntate pendet, et contractus magis deficiente periculo, quam facto asſecurati reſcinditur. Altera conditio haec est, ut asſecuratores ad obligationis praeſtationem non teneantur, niſi maris infortunio damnum expertum ſit; eaque conditio asſecurationem *aleatorium* facit contractum (6).

Legis civilis praecepta contractus aleatorii natu-

*deelen, die hem door die onheilen kunnen veroorzaakt worden, ſchadeloos te houden, tegen betaling van zekere geldſomme, geëvenredigd aan de mate van het gevaar, hetwelk hij op zich neemt, en welke ſom de verzekerde hem geeft of belooft te geven.*

(4) l. 8 ff. de Obl. et act.

(5) l. 7 ff. de contr. emt.

(6) EMER. I. Ch. I. Sect 2.

turam exponunt, eiusque definitiones exhibent Art^is. C. N. 1104 et 1964. Posterior definitio assecurationem complectitur, cum ea, quod priori non inest, lucri et damni alea etiam ad *unum* contrahentium referatur: *le contrat aleatoire est une convention reciproque, dont les effets quant aux avantages et aux pertes, soit pour toutes les parties, soit pour l'une ou plusieurs d'entre elles, dependent d'un événement incertain.* Si autem ad finem respicimus, quo assecuratus assecurationem inierit, hunc damni dati resarcitione constare patet. *Assecuratus* enim *non quaerit lucrum, sed agit, ne in damno sit* (7) et huius contractus lucrum, quod a sorte et fortuna pendet, ad assecuratorem, eumque solum, referendum est.

Huic principio adeo adhaerent leges Gallicae, ut ab assecuratore damnum non restitui permittant, nisi quod revera inducatur (8). De iis valet, quod POTHIERIUS dixit: *on ne peut faire assurer, que ce qu'on court risque de perdre et nullement les gains qu'on manque de faire* (9). Huius autem principii constantia ius Gallicum a iuribus patriis maxime differt, cuius rei vestigia per multa videbimus, ubi de rebus, quae assecurari possunt, agendum erit.

Ve-

(7) STRACCHA, de Ass. gl. 20, N^o. 4.
(8) l. 1 C. de Sent. quae pro eo.
(9) N^o. 31. — EMER I. Ch. 1. Sect. 1. pag. 4.

Veri nominis asſecurationem in cavendo damno verſari vidimus, quod ex incerto navigationis periculo rei cuidam accidere potest. Sed *asſecurationis* nomine etiam inſigniuntur ſponſiones, Italis inprimis uſitatae, quae pro navibus contrahuntur, licet contrahentium nihil interſit, num ſalvae adveniant vel pereant (10). Eadem ratione Romani aliquam pecuniae ſummam dare ſpondebant, *ſi navis ex Aſia venerit*, vel etiam *ſi non venerit* (11). Cum vero metuendum videretur, ne tales ſponſiones asſecurationem in abuſum verterent, legibus plerumque prohibitae ſunt (12). Iure Gallico autem tales asſecurationes ceteris ſponſionibus aequiparantur (13).

In definitione diximus, asſecurationem contractum eſſe *bilateralem*. Asſecurator enim a maris periculis indemnem praeſtare promittit asſecuratum, qui ab altera parte pro hac cautione praemium ſolvere tenetur. — De hac asſecurati obligatione §° 8 huius capitis videndum erit.

Ex iis, quae dicta ſunt, facile intelligitur, asſecurationem origine et effectu ſuo, ab aliis contractibus differre, et ſingularem ſibique pro-

pri-

(10) Itali hanc asſurationem dicunt *voto per pleno — per via di ſcommesſa* — Vide quae dicta ſunt Introductionis pag. II.

(11) l. 63 ff. de verbl. obl. l. 129 ff. eod.

(12) v. g. Statuta Amſt. Art. 4.

(13) Art. C. N. 1965. 196 6. 196 7. — *Exposé des motifs par* M. CORVETTO ad art. 319. Spec. laud. 485.

priam habere naturam. Misſas igitur facio interpretum disputationes, qui asſecurationem ad emtionem venditionem, locationem conductionem, ſocietatem aliumve contractum referunt (14). Nobis in exponendo asſecuratoris periculo, investiganda totius contractus natura est. Avertendae enim fortunae vices navigationis periculis continentur, et asſecuratio cum iis adeo cohaeret, ut perſecta non ducatur, niſi pericula incepta ſint. Ea igitur conditionem faciunt, cui contrahentes asſecurationis validitatem ſubiecisſe existimantur (15).

§ 2.

*De iis, qui asſecurationem contrahere posſunt.*

Quae ad communem civium utilitatem introducta est asſecuratio, inter omnes quoque iniri potest, qui ſecundum iuris civilis praecepta contractus celebrandi capaces haberi ſolent. Sed in limine huius loci notanda videtur differentia, quae inter *asſecurandi facultatem* obtinet et ipſum *asſecuratoris negotium*. Priorem *pasſivam*, posteriorem *activam* vocamus asſecurationem.

(14) I. F. STYPMAN, Ius maritimum pars IV, cap. 7, N. 25 ſeqq.

(15) Spec. laud. art. 484.

nem. Pasſiva autem asſecuratio ſua natura ad mercaturam non pertinet, adeoque omnibus licita videtur, qui contractus inire atque bona administrare posſunt; namque qui res ſuas gerit, easque asſecurando contra pericula defendere conatur, iura exercet, quae ex ipſo dominio profluunt (16).

Sed asſecuratio *activa*, quae mercaturae naturam atque leges recepit, iis tantum videtur permisſa, qui vel generatim *omnia commercia* inſtituere, vel in ſpecie *asſecurandi negotium* excercere posſunt. Si igitur ad hanc normam asſecuratorum perſonas diiudicamus, alias offendimus prorſus *non capaces*, alias quibus *asſecurandi negotium legibus est prohibitum.* Earum autem perſonarum ea est diverſitas, ut priorum asſecuratio rescisſionem ſubeat, posteriorum vero, ſervata contractus ſanctitate, poenae legis violatorem ſubiiciat (17).

Cum vero harum rerum expoſitio ab inſtituti nostri ratione aliena fit, obſervasſe ſufficiat, legislatorem Art°. 85 ab asſecurandi negotio proxenetas prohibuisſe. Illis enim, quo coniunctiores mercatoribus esſent, eo latior ad fallaciam fraudesque via pateret. Prudenti igitur conſilio ex antiquis legibus lex Gallica repetita est, ne qui aliorum commoda curant, vel in ip-

(16) Locré, ad art. 332. Tom. IV. pag. 15.
(17) Locré, ad Art. 332. l. l.

ipſo asſecurationes pro aliis contrahendi negotio operam maxime impendunt, ſaluberrimam rem in abuſum veterent.

Antiquae maiorum leges propter eandem rationem nonnullas perſonas ab asſecurationis negotio arcebant (18). Sed prohibitiones illae ſtatutis patriis pro parte videntur ſublatae. Ubique tamen legibus nostris proxenetae asſecurationis hunc contractum ſuo nomine celebrare prohibentur (19); quod ita videtur intelligendum, ut ſibi tamen tanquam privatis, asſecuratione prospicere potuerint (20). Antiquarum legum prohibitione etiam continebantur iudices ad asſecurationum cauſſas delegati et qui ipſis a ſecretis erant. Roterodamenſes Art°. 82 legis novae in hac iuris conſtitutione perſeverarunt, ſed Medioburgi atque Amſtaelodami ſequentibus legibus pristino iuri derogatum est.

## § 3.

### *De forma polizzae externa et interna.*

Cum asſecuratio magis inplicita et apud omnes non adeo cognita ſit, quam alii contractus,

(18) DE GROOT, *Inl. III.* 24. 3. et in n. GROENEWEGEN et leges laud. — VAN LEEUWEN Roomsch Holl. Regt. II. pag. 66 in n.
(19) V. D. KEESSEL, th. 714.
(20) *Aanteek. van* W. SCHORER, 2de ſtuk. pag. 565.

tus, cavendum erat, ne contrahentes fraudibus se circumvenirent vel incauti in errores pellicerentur. Hanc ob causſam lex Gallica Art°. 332 nonnulla indicavit, quorum deſignatio ad perfectam polizzae formam pertinet. Satis enim videbatur ea indicasſe momenta, a quibus periculi natura maxime pendebat. Ab hac ratione differunt leges patriae, quibus annexae esſe ſolebant contractuum formulae (*geoctrooijeerde polisſen* dictae), quae pro diverſis asſecurationum generibus diverſae atque ſolemnes erant (21). Eodem modo novae legis ſpecimini addita ſunt polizzae exemplaria, quibus contrahentes uti tenentur (22).

Lex Gallica non tantum polizzae tenorem exhibet, verum iubet etiam, ut asſecuratio literis conſignari debeat, eamque ſignatura inter privatos contrahi permittit. Hinc orta inter Ictos dubitatio est, utrum ſcripturae necesſitas ad contractus validitatem omnino necesſaria ſit, uti in donatione inter vivos Art°. 931 C. N., num vero tantum requiratur, ut probationum formis nihil deſit (23). — Sic etiam ex legis ordina-

(21) Stat. Amſt. Art 59. 61. *Handvesten van Amſt. 2de vervolg*. pag. 89. ſeqq.

(22) Art. 641 et form. I. Cf. MEIJER en TIJDEMAN, *Briefwisſeling enz.* pag. 407.

(23) VALIN ad art. 2 et 3. legis ant. h. tit. Cf. *Nouv.* VALIN pag 361. POTHIER. No. 99. LOCRÉ, Tom. III. ad Art. 311. pag. 322. — EMER. I. *ch*. 2. *ſect*. 1. De iure apud nostrates cf. V. D. KESSEL th. 739, et auct. ibi. ll.

natione, quae polizzam privato nomine contineri permittit, quaestio oritur, num *una* tantum polizza requiratur. Ob naturam enim asſecurationis, quae ab utraque parte contrahentes obligationis vinculo iungit, iuris civilis praecepta duo quoque inſtrumenta deſiderant, quae initam asſecurationem probent (24). Cum vero quaestiones illae a propoſito nimium deflectant, illas indicasſe ſufficiat.

Ex accurata vero earum rerum deſcriptione, quae polizza contineri debent, existimandum non est, harum tantam esſe necesſitatem, ut ſi aliqua omisſa ſit formula, asſecuratio prorſus non ſubſiſtat vel rescindatur. Legislator enim hanc normam praeſcripſisſe videtur, ne civium commoda atque asſecurationis utilitas litibus atque discordiis labefactarentur. Multa igitur, de quibus polizza cautum non est, etiamſi Art°. 332 contineantur, aliis legum conſtitutionibus ſubiecit. Sic verbi gr. tempus, quo asſecuratoris periculum initium habeat ac finem, Art°. 341 conſtituitur; Art°. 339 definita est ratio, qua in computando rerum asſecuratarum pretio, in ipſo contractu non addito, verſari debeamus. Eadem ratione illa pactio, qua contrahentes arbritrorum ſententiae ſeſe ſubiiciunt, prorſus voluntaria est. Cum vero for-

(24) LOCRÉ, Tom. IV ad Art. 333. pag. 8.

formulas eas, quae Art°. 332 ad perfectam polizzae formam requiruntur, ad examen revocamus, multa non tantum utilitate commendabiles, sed ad contractus integritatem necessariae mihi videntur. Optimum autem videtur illas enunciationes, quae ad contractus *essentiam* pertinent, ab iis distinguere, quae *accidentalia* dicuntur. Sed, quamvis de iis, quae contractus essentiam faciunt, inter contrahentes probe constare debeat, dici tamen a priori non potest, omissam eiusmodi formulam contractum vitiare, cum et aliunde de re constare possit. Plura autem de his dicemus §° sequenti, ubi de rei periculo, tanquam assecurationis objecto, agendum erit.

Videmus igitur, si paullo accuratius singulas in art°. dictiones perpendamus, a legislatore in definiendo tempore requiri, ut polizzae inferatur, num *ante* vel *post meridiem* assecuratio contracta sit. Quae quidem legis constitutio utilitatem suam luculenter evincit, cum, si ad totum usque pretium plures eandem rem assecuraverunt, priori tantum assecurationi leges nostrae vim atque efficaciam tribuant. Inprimis autem accurata temporis definitio in applicatione art'. 366 utilitatem testatur.

Digna etiam legislatoris prudentia videtur fuisse constitutio, qua, ut dein adiectas conditiones et supplementorum fraudes praecaveret, *literis vel signis polizzam adimpleri iussit* (*il ne*

*peut-*

*peut contenir aucun blanc.*) Quod cum ad avertendam fallaciam facile adhiberi posſit, miror a triumviris laudatis requiſitum non esſe, qui illud asſecuratorum prudentiae videntur dereliquisſe (25).

Exigit porro legislator, ut, qui asſecurationem contrahit, non tantum in polizza *nomen* profiteatur, ſed etiam, num ipſius *rei dominus* ſit, vel *proxenetae* munere fungatur (26). Illud enim ad aeſtimandam periculi gravitatem non parum videtur conferre. Namque ſi ſingimus, Brittannos cum Gallis bellum gerere, Amſtaelodami vero aliquem asſecurare navem, ad Martinicae ſtationem appulſam et Amſtaelodamum profecturam — nonne facile videmus, quantum periculum augeatur, ſi navis Gallum habet dominum? Haec igitur reticentia asſecurationem vitiat, quamvis data damna neutiquam cum ea cohaereant, v. gr. ſi propoſito caſu navis Gallica non capta Anglis, ſed aliis depraedata vel naufragium pasſa fuisſet. (art. 348.)

Uti lex Gallica, ut probe de re asſecurata conſtet, *nomen navis eiusque deſcriptionem* et *nomen navarchi* requirit, ita etiam maioribus nostris adeo necesſaria viſa est haec nominis adſcriptio, ut ſi ommisſa esſet, asſecurationem re-

(25) Spec. l. art. 489.
(26) Conf. de iure patrio v. D. KEESSEL th. 728.

fcinderent (27). Sed leges recentiores illud quodammodo videntur mitigasſe et Stat. Amſt. anni 1744, Art°. 2, agendi normam definivit, ſi asſecuratus nominis ignorantiam declarat. Huc igitur illa polizzis uſitata formula pertinet: *Daar ſchipper op is ... of wie voor ſchipper of ſchippers in zijne plaats zouden mogen varen*. Haec nominis adſcribendi necesſitas exceptionem habet, ſi naves ad ſtationes Levanti vel litora Africae vecturae ſunt vel ex aliis orbis terrarum partibus Europam petunt. Fieri enim facile potest, ut qui locis adeo longinquis merces ſibi comparat, navis et navarchi nomina ignoret (28).

Praeter *locum, quo navi merces imponuntur*, lex etiam iubet, ut polizza *nomina portuum* et *ſtationum* contineat, unde navis ſolvitur, vel ad quas, ut ſuſcipiat vel expediat onera, debet appelli. In verbis autem *ont été ou doivent être chargées — a du ou doit partir* legislator de asſecuratione videtur cogitasſe, quae, postquam navis mercesve itineri iam commisſae esſent, contrahitur; quo caſu polizza non tantum

(27) Per navis deſcriptionem, quae magnum momentum habet, intellige eius ſtructuram. Ita in polizzis addi ſolet, *of het een vurenblaas zij*, cuius mentionem etiam requiſiverunt triumviri laud. Spec. art. 504.

(28) Art. 337. Cf. V. D. KEESSEL, th. 733. et BYNK. l. ibi. l. — Spec. laud. art. 492.

tum incepti itineris curſum continere, ſed etiam novisſime de iis acceptum nuntium communicare debet. Eandem iuris conſtitutionem Stat. Amſt. anni 1744, Art°. 3, exhibet, et inſuper requirit, ut polizza tempus indicet, quo navis anchoras ſulerit, ſublata hoc caſu asſecuratorum facultate, qua indeterminatum profectionis tempus asſecuratis concederent; quem tamen antiqui iuris rigorem Statuti ampliatio anni 1775 mitigasſe videtur (29). — Alia etiam legis conſtitutio huc pertinet, quae locum, unde navis ſolvitur, non de hoc tantum intelligendum esſe docet, ſed eius ſignificatione omnes contineri ſtationes, pharos, freta et ſigna, quae vada et brevia indicant. Ea enim vulgo loca circumiacentia dicuntur, quae ad mercaturae commodum et navium utilitatem ſunt inſtituta et ad emporii ditionem pertinere cenſentur. Polizzis igitur uſitata dictio est *en de circumiacentien van dien* (30).

Lex nostra, in recenſendis polizzae requiſitis, *mercium* vel *rerum asſecuratarum naturam* atque *indolem*, earumve *valorem* aestimandum esſe praecepit. Facile enim, quantum pro diverſa *mercium* natura periculi gravitas differat, exim-

(29) V. D. KEESSEL, th. 725, 727.

(30) V. D. KEESSEL, th. 735. BYNKERSH. L. I. Priv. pag. 571 ſeqq. et pag. 601—603.

inde patet, si navem cogitamus ligno vel pulvere nitrato onustam. Hoc igitur fundamento Art$^{us}$. 355 nititur, et, nisi assecuratus mercium ignorantia fuerit professus, fieri potest, ut reticentiae vel omissionis poenas luat (art. 348). Eadem autem exceptio, quae in indicando navis et navarchi nomine, si ex remotissimis terrae plagis advehantur, lege statuitur, cum ipsis etiam mercibus legislator communicavit (art. 537 in medio).

Art$^{i}$. 355 constitutio plane cum iure convenit, quo maiores nostri utebantur, qui illud, si assecuratio secus fieret, rescissionis minatione confirmaverunt (31). Illae igitur leges originem videntur dedisse formulae, etiamnum usitatae, qua assecuratione merces comprehendi statuunt, quae facile corrumpuntur vel corruptioni non obnoxiae sunt (*bederflijke en onbederflijke goederen*). Statutum autem Amstaelodamense anni 1614, latissimam illis vocabulis significationem subiecit, iisque omnia omnino mercium genera contineri statuit (32).

Quod autem rerum *valorem* vel *aestimationem* attinet, quam polizza inseri lex iussit, haec si polizza non continetur, ad normam Art$^{i}$. 339 conficitur. Sed in ipso assecurationis contra-

(31) DE GROOT, Inl. III. 24. 4 et in n°. 9.
(32) V. D. KEESSEL, th. 721.

tractu navis mercesve aestimari solent, addita, ut hac de re lites praecidantur, conventione, contrahentes in huius testimonii fide acquieturos.

Temporis definitio, *quo periculum assecuratoris incipiat finiatque*, etiam ad polizzae formam refertur, eaque arbitrio contrahentium relicta est. Sed si polizza temporis mentionem non continet, interposita legis auctoritate regitur (art. 341). Pecuniae autem assecuratae et praemii mentionem ideo inprimis legislator iussisse videtur, quia saepius pro certa mercium parte assecuratio contrahitur, quod in damni resarcitione permagni momenti est.

Quando contrahentes in eo consentiunt, ut, si ex assecuratione lites inter se oriantur, illas *arbitri* dirimant, haec etiam conventio ad polizzae requisita refertur. Quae quidem res, quamvis ab utilitate summam habeat commendationem, plane tamen contrahentium voluntati relicta est. Licet igitur plerumque polizza hanc conventionem contineat, dubium tamen non est, quin, si esset omissa, hac de re post iam contractam assecurationem denuo conveniri possit, si forte aliquid in controversiam vocaretur. In nonnullis polizzis v. gr. in ea, qua societas Ass. Holl. utitur, contrahentes duorum arbitrorum sententiae sese submittunt, iisque tertium adsciscendi facultatem concedunt. Si quis tamen, facta admonitione, arbitrum non eligat, Tribunal ipsum constituit. Ab ea autem arbitro-

trorum ſententia, niſi immutabilem iuris vim ipſi tribuere convenerint, ad iudices provocatio est.

Sic igitur, enumeratis requiſitis, quae ad perfectam atque abſolutam polizzae formam pertinent, legislator omnes etiam, de quibus conventum est, conditiones ipſi inſerendas esſe docet. Haec autem ſupplementa, quamvis diverſi generis ſint, adeo tamen frequentantur, ut nonnulla legitimam receperint interpretationem. Sic v. gr. ea formula, quae *liberum ab avariis* asſecuratorem praestat, Art°. 409, eaque, qua asſecuratio contracta dicitur *in omnem eventum*, Art°. 567 explicatur. Sed alia etiam, quae ſtipulari ſolent, pacta, ab ipſis contrahentibus definiuntur. Sic v. gr. temporis mentio, quo damna reſarcire tenentur asſecuratores, polizza contineri ſolet, eaque ab asſecuratoribus asſecuratis illimitata potestas conceditur, ut omnia adhibeant auxilia, quibus damna, ſi minantur, avertant vel impediant, data autem, reficiant vel mitigent. Quamvis enim uterque caſus lege ſit determinatus, multa tamen accuratius definiri posſunt, quae vel temporis ratio, vel rerum asſecurandarum natura, vel denique contrahentium utilitas exigere videtur.

## § 4.

### *De asſecurationis obiecto.*

Si de asſecurationis contractu cogitamus, miremur necesſe est, hominum ſagacitatem in earum rerum inventione, quae ipſis contra fortunae inſidias praeſidium praebent. Nihil autem ad hanc cogitationem magis ducere videtur, quam disputatio de periculo asſecuratoris, cum ſic, expoſito contractus obiecto, veluti ex ſuperiori loco, facile alias contractus partes intueri atque perſpicere liceat. Periculis enim, tanquam fundamento, asſecuratio nititur; unde non male VALINUS (33) dixerit: *Par la nature de ce contrat tout depend des risques*, *tam* active, *quam* pasſive, *et l'on ne peut gagner ou perdre qu'à raiſon des risques*, *ou jusqu'à concurrence.* — Niſi igitur periculum ſit, nulla esſe potest asſecuratio, cum non ſit materia, in qua forma posſit fundari (34), et asſecuratio veluti ſine cauſa initus contractus foret.

Ut vero probe intelligatur, quid et quale ſit periculum, quod asſecurationis obiectum est, illud dicendum videtur *caſus futurus incertus*, *quo*

(33) Ad Art. 6, h. tit. pag. 46. N. VALIN. pag. 346.

(34) CASAREGIS, Disc. 4. n° 1. Disc. 13. n°. 3. Disc. 173. n°. 1. ROCCUS n° 88. Spec. laud. Art. 484.

*quo extrinsecus mercibus vel navi damnum accidit.* Cavendum autem est, si de assecurationis obiecto quaeritur, ne rem ipsam a periculo secernamus, deque ea sola cogitemus. Etenim, si periculum et res ipsa a se invicem divellantur, nec periculum per se, nec sola res assecurationis obiectum dici potest; v. gr. periculum, quod a tempestatibus, scopulis, piratis atque incendiis metuitur, dici non potest assecurationis obiectum, nisi res quaedam ipsi subiecta sit. Res autem, periculi ratione non habita, obiectum dici non potest assecurationis, cum revera ipsius periculi obiectum sit. Ex coniuncta igitur periculi et rei cogitatione obiectum assecurationis oritur, de quo assecuratus, stipulato praemio cum assecuratore paciscitur.

Quod de *futuro* et *incerto* periculo dixi, ex iis intelligitur, quae de assecurationis natura et definitione disputavimus. Huius enim periculi aestimatio est aestimatio ipsius damni in eventum exstituri, sed cuius pretio plurimum detrahit incertus itineris eventus; vel quoque aestimatio spei, scilicet ipsius rei vel commodi in eventum percipiendi, sed cuius pretium incerto eventu valde imminuitur. Atque hinc videmus, quam accurate GROTIUS (35) et multi post eum dixerint, materiam assecurationis *damnum* esse *sub ratione incerti.*

Ex

(35) I. B. ac P II. Cap. 12. § 13.

Ex asſecurationis definitione vidimus, eam contractum esſe *bilateralem* i. e. talem, quo ab utraque parte contrahentes obligationis vinculo continentur. In his autem contractibus illa, quae *ſubſtantiam* eius faciunt, adeo ut ſine his exſtare nequeat, distingui posſunt ab iis, quae *vulgo adſunt*, vel *fortuita* habentur. Uti in emtionis venditionis contractu res, quae veneat (merx), pretium et conſenſus ſubſtantialia conſtituunt, ſic etiam in contractu asſecurationis rei periculum, praemium atque conſenſus ad eius esſentiam pertinent. Regulae igitur atque principia, quibus in emtione venditione ſubſtantialia reguntur, ad alios quoque contractus referri posſe videntur.

In iis autem, quae contractus ſubſtantiam faciunt, inprimis illud requiritur, ut, qui rem noverit, illam accurate definiat. Hinc etiam iure Romano rei dominus necesſitate adſtringitur ad rei naturam ita exponendam, ut ambiguitate careat, qualem vero deſcripſerat, accurate praestandam. „Veteribus enim", uti PAPINIANUS inquit, „placuit, pactionem obſcuram vel ambiguam venditori et ei, qui locavit nocere, in quorum fuit „potestate, legem apertius conſcribere" (36). Eandem ob cauſſam asſecuratus, cui periculi, quod in

(36) l. 39. ff. de pactis. POTHIER. Pand. Iust. De Pactis. N°. 70.

in asſecuratorem transfert, natura perſpecta est, periculum praestare tenetur nullo momento gravius, quam ipſe illud pro notitia ſua deſcripſerat. Quaecunque igitur asſecuratus profesſus erit, accurate exſequenda ſunt, et ſi quid obſcurum, dubium, ambiguum ſit, illud contra asſecuratum interpretandum esſe videtur (37).

Haec autem non ita intelligenda ſunt, ut tantummodo asſecuratus, minime vero asſecurator, ſi quid de re cognoverit, periculum definire teneatur. Bona enim fides et mutua ex contractu obligatio ab ipſo exigunt, ut ſi quid de re ſciat, quod asſecurato ignotum ſit, illud palam faciat, quo ab utraque parte periculum aestimari posſit (38). Recte igitur EMERIGONUS nefandam dicit LESSII Loiolitae doctrinam, qui asſecuratori, ut magnum praemium lucretur, licitum esſe ſtatuit, ſimulare causſas, quibus pericula imminuta esſe noverit. „Occultae enim" inquit „illae causſae mihi duntaxat „notae, quae periculum minuunt, non minuunt com-

(37) MEIJER en TIJDEMAN, *Briefwisſeling.* pag. 411. Spec. laud. Artº. 483.

(38) Conf. BLACKSTONE, qui de bona fide in asſecuratione ita loquitur. *Thus much however maij be ſaid that, being contracts, the verij esſence of which conſits in obſerving the purest good faith and integritij, theij are vacated bij anij the least ſhadow of fraud or undue concealment.* — *Comm. on the Laws of England.* Lond. 1783. B. II. pag. 460.

„communem aestimationem" (39). Immo vero; sed eadem principia asſecuratori permittant neceſſe est, navem asſecurare, postquam de eius adventu certior factus ſit! Periculum enim, quod ſibi navis dominus finxit, idem est, etiamſi ſalva appulſa ſit.

Ab utraque parte igitur omnia communicanda ſunt, quae requiruntur, ut contrahentes pari et aequali ratione, de periculo iudicare posſint. A neutro autem iure exigi potest, ut alterum a iudicii errore caveat vel falſas denotet conſequentias. — Sive autem falſa alleget, ſive etiam ſuppresſione veri alium in errorem inducat, nulla esſe debet asſecuratio, cum bonae fidei repugnet. Sed aliud agitur et iure licita reticentia est, ſi res atque causſae utrique contrahentium manifestae, diiudicari debent. Atque hoc ſensua nobis intelligi debet locus CICERONIS (40): „Aliud est celare, aliud tacere. — „Neque enim id est celare, quidquid reticeas, „ſed cum, quod tu ſcias, id ignorare emolumenti „tui causſa velis eos, quorum interſit id ſcire." Sic igitur in hoc loco distinguendum videtur, ſive, quod perinde, ea reticentia, quae in celando conſiſtit, tantummodo ad contractus objectum referri debet, minime vero ad illud, quod

(39) De iustitia et iure. Lib. 2. cap. 28 No. 27. pag. 355.
(40) de Off. III. 12. 13.

quod quis falſo ſibi perſuadet. Niſi enim ea distinctio fiat, haec CICERONIS definitio non videtur admittenda, ad quam tamen EMERIGONUS, tanquam ad principium, provocavit (41). Praeterea ab alio quoque errore cavendum est in huius regulae applicatione. Apud CICERONEM quaestio agitatur ex emtione venditione deſumta, cuius objectum merces ſunt. Si quis igitur eas, quales esſe videntur, vendat, valida est emtio venditio. Sed, quamvis ea valida ſit, etiamſi venditor nonnulla reticuerit, quae fortasſe emtorem ab emendo retinuisſent, conſequens tamen non est, ut asſecuratio valida esſe debeat, ſi alteruter contrahentium aliquid cum contrahente non communicaverit, quod hunc a contrahendo retinuisſet (42). Etenim, quod ſupra diximus et probe tenendum est, res obiectum non est asſecurationis, ſed *rei periculum*.

Ex iis, quae dicta ſunt et erunt dicenda, videbimus, qua ratione periculum deſignari debeat. Sed periculi natura ab asſecurato celata esſe non videtur, ſi quae reticuit, asſecuratori cognita esſent vel tanquam ipſi cognita posſent prae-

(41) I. *ch.* 1 *ſect.* 6. pag. 19. in fine. — II *ch.* 15. *ſect.* 3. § 3.

(42) Conferri inprimis meretur, W. PALEY, *The principles of moral and political Philoſophij.* London 1796. *Tom. I. ch.* 8. *On. contracts of hazard.* pag. 150.

praeſumi. Maris igitur atque itineris pericula, coeli annique tempestas, metuendi ventorum flatus atque procellae pro cognitis periculis ſive damni cauſsis habentur. Sic etiam quae ex politica civitatum conditione derivantur pericula et piratarum incurſiones asſecurator praevidisſe praeſumitur. Quae autem de hac cognitionis praeſumtione oriuntur quaestiones, iudicis arbitrio ſunt relictae et iurisprudentia illustrantur (43).

Necesſarium igitur esſe videmus, contractus obiectum ab utraque parte posſe diiudicari, quo dici queat contrahentium conſenſum adfuisſe. Hoc fundamento nititur legis Gallicae conſtitutio Art.º 348 comprehenſa, qua omnis disſimulatio, vel falſa asſecurati declaratio, vel differentia inter polizzam et cognoscementum, quae periculi metum minuunt, vel periculi obiectum immutant, asſecurationem vitiare ſtatuitur. Addit autem legislator, asſecurationem quoque nullam esſe, licet data damma cum hac reticentia non cohaereant. Ad hanc legem obſervandum est, non omnem disſimulationem contractum nullum reddere, ſed eam tantum, quae ſecundum iudicis ſententiam periculi opinionem minuit, eiusve obiectum immutat (44). Cum vera

(43) BENECKE III. *Kap.* 10. *Abſchn.* 1. pag. 131. ſeqq.

(44) LA PORTE et BOUCHER in *Nouveau* VALIN. pag. 469. ad h. art.

ro celatis rei indiciis, ſponte ſequatur, ut contrahentium conſenſus in eadem re non conveniat, patet nullam esſe asſecurationem, etiamſi damnum causſam non habuerit, quam asſecuratus celaverat. „*L'asſureur*" ita dicitur in oratione ad hunc locum habita „*a le droit de connâitre toute l'étendue du risque dont on lui propose de se charger: lui dissimuler quelque circonstance, qui pourrait changer le ſujet de ce risque ou en diminuer l'opinion, ce ſerait lui faire supporter des chances, dont il ne voulait peutêtre. pas se charger, ou dont il ne se chargerait, qu'à des conditions différentes*" (45).

Iura patria generalem hanc art[i]. 348 conſtitutionem non continebant. Cum vero haec regula ex ipſa asſecurationis natura profluat, ea, licet verbis non expresſa, in iure patrio tamen aeque valuisſe cenſenda est. Speciminis laudati auctores conſtitutionem Codicis Gallici Belgice reddiderunt, eaque Art°. 531 comprehenſa est.

## § 5.

### *De asſecurationibus, post rei interitum vel felicem rei adventum contractis.*

Quod igitur contrahentes ea inter ſe communicent, quae ad periculi cognitionem lege requi-

(45) *Exposé des motifs par* M. CORVETTO, ad art. 348.

quiruntur, illud maxime tendit ad tuendam contractus integritatem et bonam contrahentium fidem. Ab ea autem maxime recesſiſſe videtur, ſi quis rei interitum vel felicem eius adventum celaverit, eamque ob causſam leges hanc fraudem non tantum resciſſa asſecuratione compescunt, ſed fraudantem quoque poenae ſubiiciunt, quae lege Gallica dupli praemii mulcta conſtat.

Sed quo magis fraudes averti posſint, leges non tantum probata eventus cognitione asſecurationem nullam declarant, verum etiam, ſi ea legis praeſumtione adesſe habetur. De hac autem cognitionis probatione vera, atque legis praeſumtione ſequenti § agendum erit. — Nunc autem videamus de caſu, *quo asſecuratio post rei interitum vel felicem adventum contracta est, asſecuratus tamen vel asſecurator illud ignoravit.* Si principiis nostris adhaeremus, ea asſecuratio nulla est, cum nullum ſit rei periculum. Vidimus enim rem asſecuratam *in periculo* verſari, at *ſalva* est; vidimus *incertum* esſe caſum, at *certa* nunc rerum *fortuna;* vidimus denique *futurum* esſe periculum, at *praeteritum* est. Hanc igitur ob causſam leges antiquisſimae asſecurationem reſcindebant, quae post rei interitum vel felicem adventum contracta erat (46). Cum

(46) Cf. *het Placaat van Philips II.* anno 1563. EMER II. *Ch.* 15. *ſect.* 2. *pag.* 119. — In emtione venditione principium illud ſervatur. cf. C. N. art. 1601.

Cum vero incertum contrahentibus periculum esset, et futurum quoque ipsis videretur, etiamsi revera damnum iam illatum esset, deinceps legibus patriis et Gallicis ab antiqui iuris rigore recessum est. Eae autem mercaturae et assecurationi faventes, contractum valere statuebant, modo contrahentes rei interitum vel adventum ignorassent. Hinc igitur assecuratio magnum videtur cepisse incrementum; eiusque utilitas, quae olim frequenti contractus rescissione valde imminuebatur, ab hoc inde tempore latius patuit. Tales autem assecurationes, si sincere assecuratus periculum cum assecuratore communicaverit, assecuratori saepe maius emolumentum praestant, quam aliae. Homini enim experientia edocto facilius est damna diiudicare, quae tempestatibus et hostium vel piratarum incursionibus, locis, licet longinquis, experta sunt, quam damna, quae a futuris periculis metuuntur (47).

Haec assecurationis extensio Grotii tempore generaliter erat recepta, unde dixisse videtur: „Contractus avertendi periculi, quem assecu„rationem vocant, omnino nullus erit, si con„trahentium alter rem, de qua agitur, aut „salvam, quo destinabatur pervenisse, aut peri„isse sciverit" (48). Codex Gallicus non tantum hanc

(47) BENECKE. III. pag. 107.
(48) I. B. ac P. Lib. II. C. 12. § 13.

hanc regulam confirmavit, verum etiam extenſiſſe videtur, cum asſecurationem nullam declaret, ſi praeſumtio adest, ante initum contractum asſecuratum rei interitum vel asſecuratorem rei adventum *ſcire potuisſe*. Speciminis laud. auctores in eadem conſtitutione (art. 498) ad rescindendam asſecurationem non requirunt, ut ſcire potuerint, ſed ut revera ſciverint, eoque caſu fraudem commisſam esſe declarant.

## § 6.

### *De praeſumtione, qua asſecuratus vel asſecurator rei interitum vel adventum ſcire potuisſe cenſetur.*

Quamvis, concesſa hac extenſione, maximum incrementum ceperit asſecuratio, ſimul tamen fraudibus via munita esſe videbatur. Asſecurati et asſecuratores non ſolum damni metu et lucri cupiditate ad fraudem alliciebantur, verum etiam propter difficilem eius probationem impunitatem ſperare poterant. Si quis enim rem deperditam vel ſalvam asſecuraverat, dolo egisſe non existimabatur, cum ipſa lex hanc asſecurationem confirmaverit. *Ignorantia* igitur *praeſumenda est, ubi ſcientia non probatur*, et valet etiam hic iuris regula, *incumbit onus probandi ei, qui dicit* (49).

Cum

(49) EMER. II. *Ch.* 15. *Sect.* 3. § 5. POTHIER, *Traité des Asſ.* n°. 13.

Cum vero ea probandi difficultas necesſario ex concesſa facultate proflueret, etiam cavendum erat, ne ipſae leges impunitatis ſpe fraudem allicere viderentur. In hoc autem contractu bona fides eo magis manifesta esſe debebat, quo maior esſet contrahentibus legum favor. Itaque non tantum rei ignorantia requiritur, ſed leges exigunt etiam, ut de re certiores fuisſe *non potuerint*. Hoc fundamento nititur Art^us^. 365, quo ad rescindendam asſecurationem praeſumtio admittitur, asſecuratum vel asſecuratorem rei interitum vel adventum *ſcire potuisſe* (*a pu être informé de la perte*). In ea lege non quaeritur, num rei certior factus ſit, ſed num eius notionem habere potuerit. — De ea praeſumtione hac §° dicendum erit; ſequenti autem nonnulla monebimus de ratione, qua probari potest, asſecuratum vel asſecuratorem rei interitum vel adventum ſcivisſe, deque commisſae fraudis poena.

Omnis probatio vel *directa* est (de qua §°. ſeq.) vel *indirecta* ſive per praeſumtiones, quibus iudex ex rei existentia alius rei existentiam efficit. In ea probandi ratione iudex ſecundum philoſophica probabilitatis et agnoscendae veritatis principia conſequentias ducere debet; et eae ſunt praeſumtiones, quae *facti* vel *hominis* dicuntur. Sed nonnullis in caſibus leges homini obviam iisſe videntur, et propter rerum veriſimilitudem vel alias ob causſas conſtituerunt, ut,

si res quaedam existat, alia quoque adesse existimanda sit. Hae igitur ab origine sua *iuris* praesumtiones dicuntur, eaeque valent, donec contrariae rei probatione enerventur. At ne hic quidem leges substiterunt, sed interdum praesumtionibus plenam iuris vim ac effectus tribuerunt.

Talem praesumtionem, quae *iuris et de iure* dicitur, lex Gallica Art°. 366 constituit, et assecuratum vel assecuratorem rei interitum vel adventum scire potuisse finxit, si inter eventum et contractam assecurationem certi temporis spatium effluxerit. Quaeri autem potest, num secundum hanc legem huic uni rescindendae assecurationis vis concessa sit, adeo ut ab aliis praesumtionibus abstinendum esse videatur. Lex ita mihi intelligenda non videtur; dicitur enim Art°. 365 generaliter, contractum nullum esse, *si praesumtio est, aliquem contrahentium eventus certiorem esse potuisse.* Cum vero legislator sequenti Art°. praesumtioni, quae ex magna rei verisimilitudine oritur, absolutam probandi vim tribuat, idcirco priori constitutioni non derogasse censendus est. Quascunque enim praesumtiones admisit, sed ad tuendam bonam fidem et avertendas fraudes, uni, quae ceteris rerum evidentia praestaret, maiorem vim tribuisse videtur. Nisi illud voluerit legislator, certe non dixisset *la présomtion existe*, sed ut indefinitam praecedentis articuli constitutionem re-

restringeret, dicere debuisset *la présomtion n'existe que* cet.

Praesumtiones igitur, quae hoc loco admittuntur, praeter unam absolutam, eae sunt, quae *facti* vel *hominis* dicuntur, quasque lex Gall. Art°. 1353 C. N. iudici reliquit, *qui ne doit admettre que des présomtions graves, précises et concordantes et dans le cas seulement ou la loi admet les preuves testimoniales, à moins que l'acte ne soit attaqué pour cause de fraude ou de dol.* Nos autem, cum non quaeramus, utrum aliquis contrahentium rei eventum sciverit, sed num scire potuerit, de ipsius dolo vel fraude non agimus; adeoque secundum iuris civilis praecepta, praesumtiones eo tantum casu admittendae sunt, si probatio per testes locum habere posset, id est, si pecuniae summa 150 francos non excedat. Sed leges ad mercaturam pertinentes hanc libertatem extensisse videntur (50).

Lex igitur Gallica, aliquem contrahentium eventum scivisse existimat et ideo assecurationem rescindit, si iudici praesumtio oritur, ipsum illud scire *potuisse*. Haec sententia, quae ex verbis Art$^{i}$. 365 conficienda est, sub antiqua lege etiam valebat, quamvis ea de ipsa tantum contrahentium notitia loqueretur. Refertur enim a-

(50) Art. 1341 C. N. Art. 109 C. C. et PAILLET ad hunc art. —

apud EMERIGONUM, Masſiliis receptum esſe, *que les asſureurs doivent prouver, que la nouvelle de la perte était connue dans la ville, quand l'asſureté a été faite, mais non pas que l'asſuré le ſut;* et cum hoc principio nonnullae res iudicatae, quas refert, convenire videntur (51).

Quod autem notitiam attinet, quam de rei eventu habere potuerit, ea de vera, certa, legitima et idonea notitia intelligenda est. Fama, quae de rei eventu ſparſa erat, tempore, quo asſecuratio contracta est, contractum nullum non reddit. Ea enim, quae tam ficti est pravique tenax, quam veri nuntia, licet metum augeat, periculum tamen incertum relinquit, quo asſecuratio, tanquam fundamento, niti posſit (52). Sed haec praeſumtio non tantum ex publica eventus notitia, verum aliunde etiam oriri potest, eaque iudicis arbitrio atque prudentiae relinquitur.

Sed praeter eas veri nominis praeſumtiones, aliam esſe vidimus, Art°. 366 comprehenſam, quae *iuris et de iure* dicitur. Ea autem vi et effectu a praeſumtionum natura adeo recedit, ut plenam faciat rei probationem. Hinc non male dicitur legis conſtitutio aliquid praeſumentis, quae ſu-

(51) EMER. II. *Ch.* 15. *Sect.* 3. § 4. et 2. — DUPERIER, *Memoires* v°. *asſureur.*

(52) EMER. II *Ch.* 15. *Sect.* 3. § 6.

ſuper praeſumto, tanquam ſibi comperto, ſtatuit (53).

Lex igitur Art°. 366 praeſumit, rei eventum contrahentibus cognitum eſſe, ſi propter locorum distantiam illud ſcire potuerunt. In computanda autem ea locorum distantia rei nuntium quaque hora unum dimidiumque milliaria proficere potuisſe cenſetur. Sic v. gr. ſi navis, quae 10 menſis die hora quarta matutina ſolvitur, triginta ſeptem et dimidium milliaria profecerit, valida polizza est, ante horam quintam matutinam ſequentis diei ſignata, nulla autem, ſi post horam eam contracta est. — Ea praeſumtio laudato Art°. aeque ad aſſecuratorem, quam ad aſſecuratum refertur. Quod ad navis adventum attinet, de eo conſtat documento, quod navarchus intra 24 horas, postquam advenerit, conficere tenetur (Art°. 242); eademque ratione illati damni tempus manifestum eſſe debet (Art°. 246). Cum vero omnia perierint, temporis computatio facienda eſſe videtur a tempore, quo de rerum interitu vel adventu loco quodam conſtat. Si de hora ſignatae polizzae dubitatur, aſſecuratio contracta intelligitur ultimo temporis puncto eius diei partis, quae polizza indicata est; v. gr. momento ante meridiem, ſi contracta est tempore ma-

(53) EMER. II. *Ch.* 15. *Sect* 4 § 2.

matutino. Benigne enim illae leges interpretandae ſunt, quae ſeveras exhibent conſtitutiones; inprimis autem haec legis diſpoſitio praeſumtione ſuperſtructa, quae, licet maximam veriſimilitudinem prae ſe ferat, falſa tamen et iniqua esſe potest (54).

Patet igitur ex praeſumtionis natura rerum probandarum necesſitatem plane ſublatam esſe, modo de elapſo tempore, Art°. 366 definito, conſtare posſit. Lex enim, cum pro comperto habeat illud, quod praeſumit, conſequens est, ut onere probandi eum liberet, in cuius favorem exiſtit, utque contrariae rei probatione nequeat minui vel tolli (55). Sed ea, quamvis reſcindat asſecurationem, nullam tamen indemnitatis praestationem praecipit (56). Illud non tantum ex Art^i. 365 ſilentio conſtat, verum etiam ex Art°. 368, quo indemnitatis praestatio tum demum iubetur, ſi quis contractus invaliditatem probaverit. Praeſumtio enim, licet admodum ſit veriſimilis, ſemper tamen coniecturae probabilitate continetur, adeoque ad errores ducere potest. Leges vero admodum iniusius-

(54) LOCRÉ, ad h. art. pag. 193.

(55) CASAREGIS, Disc. 8. n°. 12. EMER II. *Ch.* 15. *Sect.* 4 § 2.

(56) Contraria erat ſub antiqua lege VALINI ſententia (ad art. 38 et 41. L. III. T. 6), quam tamen refutasſe videntur POTHIER n°. 24. EMER. *Ch.* 15. *Sect.* 7.

iustae dicendae essent, si quem fraudis poenae subiicerent, antequam aliunde aperta sit et demonstrata veritas (57). Iis igitur maxime inservit legis praesumtio, qui in rebus incertis a probanda fraude deterrentur; indemnitatis autem praestatio a fraudis probatione pendet (58).

Cum vero fieri possit, ut praesumtio illa alicui contrahentium noceat, factum esse videtur, ut totam praesumtionem lege constitutam reiecerint. Invaluit enim clausula, qua, assecuratione *in omnem eventum* suscepta, (*op goede en kwade tijding*) praesumtionis effectus sublati sunt. Assecuratus, addita hac clausula, non tantum de casu futuro, sed etiam praeterito stipulatus esse, eaque metum affirmasse videtur (59). Sed multis in locis omnibus omnino assecurationibus addita et in polizzae formulis typis expressa est (60),

Licet a vera assecurationis natura haec clausula recedat, ea tamen non videtur iniusta, cum ipsae leges eventus tantum ignorantiam requirant. Ea enim contrahentium fraudes non tegit, sed praesumtionis tantum effectus tollit. Cum vero cuique liceat iuri, in sui favorem in-

(57) POTHIER, n°. 25. ESTRANGIN, in n°.
(58) LOCRÉ, ad h. art. pag. 195.
(59) LOCRÉ, ad h. art. pag. 197.
(60) EMER. II. *Ch.* 15. *Sect.* 5. — BENECKE III. pag. 162.

introducto, renuntiare, ea non tantum non vetita, ſed ipſis legibus permisſa ac definita est (Art°. 367) (61).

In legibus patriis de praeſumta hac contrahentium ſcientia magna erat diverſitas. Lex autem Amſtaelodamenſis, quae elapſi temporis computatione et praeſumtione, inde derivanda, plane cum iure Gallico conveniebat, effectu tamen ab eo multum erat diverſa. Quamvis enim praeſumtio adesſet, Art°. tamen 12 asſecuratio nulla non esſe dicebatur, ſi asſecuratus vel is etiam, qui pro eo asſecurationem contrahi curavit, iurato declarat, ſe caſum ignorasſe. In ceteris autem locis praeſumtio abſolutam quoque vim habuisſe, et contrahentes ad iusiurandum admisſi fuisſe non videntur, niſi asſecuratio facta ſit *in omnem eventum* (62). Hanc ſtatutorum conſtitutionem ſpeciminis laud. auctores confirmarunt Art[ii]. 498 et 499.

## § 7.

### *De fraudis probatione, eiusque poena.*

Vidimus ſupra, asſecurationem post rei interitum vel adventum contractam duobus caſibus

(61) POTHIER, n°. 24. et ESTRANGIN, in n[a].

(62) Stat. Rott. art. 35, 36, 37. Dordr. art 38, 39. V. D. KEESSEL, ll. th. 722, 732.

bus nullam esſe, cum ſi alter contrahentium eventum ſcire potuisſe vel ſcivisſe praeſumitur, tum etiam ſi eventum ipſi cognitum esſe probatur. Praeſumtiones expoſuimus eas, quae facti ſive hominis ſunt, et eam, quae ipſa lege conſtituitur; nunc autem paucis videndum erit de ratione, qua probari potest, rei eventum ante contractam asſecurationem ab uno contrahentium cognitum fuisſe, deque huius fraudis poena.

Haec admisſae fraudis probatio asſecuratori vel asſecurato omni rerum conditione licita est. Sive enim, legis tempore elapſo, praeſumtionis favore gaudeant, ſive etiam hanc praeſumtionem nondum acquiſiverint, ad probandam rei cognitionem ſemper admittuntur. Lex ipſa Art°. 366 illud innuit: *ſans préjudice des autres preuves.* Iniquum enim esſet, ſi legis praeſumtio, ad avertendam fraudem conſtituta, malae fidei contrahentem fraudis poena liberaret. Denique fraudis probandae facultas non tollitur clauſula, qua asſecuratio *in omnem eventum* facta esſe dicitur. Ea enim legis tantum praeſumtio effectu destituitur, ſed nulla pactione effici potest, ne dolus praestetur (63).

Quod ad rationem attinet, qua probatio illa fieri potest, ea vel directe obtinet, uti testium au-

(63) l. 27. § 3. ff. de Pactis. — POTHIER. No. 24.

auctoritate vel fraudis indicia, ex ipsius rei circumstantiis haurienda sunt. Haec probatio, quae ex idoneis et congruis circumstantiis elici potest, nonnunquam testium probationi anteponenda esse videtur. Maiorem certe ad persuadendam iudicis conscientiam vim habet, quam testium probatio, si haec circumstantiis non confirmatur (64).

Cum vero ad probandum argumenta deficiant, alteri contrahentium ab altero exigere licet, ut iurisiurandi sanctitate affirmet, se ante contractam assecurationem eventum ignorasse (65). Quaeritur autem, num si quis iusiurandum recusaverit, inde de *fraude* eius constet, adeo ut ad dupli praemii solutionem teneatur? POTHIERIUS affirmat (66), eiusque sententia nititur l. 3, § 1 ff. de iurei., ubi de iureiurando agitur, quod in poenali actione defertur. Cum vero ipsa lex dicat *en cas de preuve* potior videtur contraria sententia. Iurisiurandi enim recusatio pro probatione *fraudis* haberi non potest, si cogitamus, aliquem varias ob caussas, v. gr. ob religionem vel quia de re dubitat, ab eius praestatione desistere potuisse.

Poena, quae post probatam eventus scientiam,

(64) BENECKE, III. pag. 175—190, qui illud praeclaro exemplo illustrat.

(65) EMER. *Ch.* 15. *sect.* 6. Lex Amst. art. 21.

(66) No. 16.

am, lege conſtituta est, dupli praemii ſolutione et correctoria poena conſtare videtur. Sunt tamen Icti Galli, qui mulctam hanc admiſsae fraudis poenam esſe contendant, eamque non actione civili, ſed correctoria imponi ſtatuant. Quamvis posterior ſententia illustrem habeat defenſorem (67), mihi tamen perſuaderi non posſum, Gallos, in vindicando ſcelere acerrimos, tantam fraudem ſimplici mulcta coercere. Praeter mulctam igitur poena correctoria infligenda esſe mihi videtur (68), eademque ratione olim nostrates probatam fraudem non tantum duplo praemii asſecurationis, ſed publica etiam criminis falſi poena perſequebantur (69). In novarum legum ſpecimine de huius fraudis poena non agitur.

## § 8.

### *De praemio.*

Vidimus ſupra, asſecurationis esſentialia *rei periculo*, *praemio* et *conſenſu* contineri. Praemium enim, quod asſecuratus asſecuratori ſolvit,

(67) LOCRÉ II. pag. 203.

(68) Haec erat ſententia praeceptoris Cl. VAN TWIST. — Vide Art°. 368 in praeclara verſione Codicis in linguam Germ. virorum doct. ERHARD et V. D. LINDEN in verſione nostra. DELVINCOURT. *Inſt. du droit Com.* I. pag. 214.

(69) Stat. Rott Art°. 39. — Dord. 41. — V. D. KEESSEL. II. th. 124.

vit, *periculi pretium est* (*Le cout de l'assurance*). Si quis igitur ſine praemio maris pericula fide ſua iusſerat, inita conventio donationis vel fideiusſionis naturam induisſe videretur, quae in distinguenda vel diiudicanda periculorum natura tantum cum asſecuratione convenit. Sed, quamvis polizza expresſam non contineat praemii ſtipulationem, valida tamen mihi videtur asſecuratio, ſi aliunde de eo conſtare potest (70).

Ex iis, quae de periculi aestimatione ſupra disputavi, ſatis conſtat, quae ſit inter contrahentes praemiorum ratio. Cum vero admodum diverſa ſit periculorum gravitas, diverſisſima quoque uſurarum ratio est et legibus nulla actio ob laeſionem vel uſurariam pravitatem conceditur. Contrahentes igitur pro arbitrio praemii ſummam definire posſunt, eaque deinceps, niſi ipſis conſentientibus, immutari non potest. Hac de re olim in Gallia celeberrimae lites agitatae ſunt, cum Angli pacis tempore, mercatorum naves infestaverant; eoque caſu contra iuris regulas tribunalium ſententiis aucta fuisſe praemia refert POTHIERIUS, ne asſecuratores ſolvendo impares redderentur, unde maiora etiam mala in mercaturam redundarent (71).

Pro-

(70) LOCRÉ II ad Art. 332. pag. 62. ſeq.
(71) POTHIER II. N°. 83; conf. tamen ESTRANGIN in n°.

Propter inopinata haec belli mala invaluisse videtur claufula, qua *de praemio augendo* conveniunt, *si bellum exarserit*. Si ea stipulatio polizza continetur, sed contrahentes certam pecuniae summam non definiverunt, illud Art°. 343 iudicum prudentiae relinquitur (72).

In genere igitur regula valet, praemium inito contractu neque minuendum neque augendum esse, cum etiam inopinati casus assecuratione comprehendantur. Sed ab ea regula lex Gall. Art°. 356 exceptionem fecit. Si enim merces uno praemio pro abitu et reditu (quod Gallice *à prime liée* dicitur) assecuratae sunt, navis autem reditura vel omnino vel pro parte mercium onere vacat, duae tantum tertiae praemii partes, pro rata debiti computatae, lege conceduntur. — Haec exceptio de mercibus tantum valet, ad navem autem non est extendenda.

Lex Gallica antiqua Art°. 6, uti etiam lex Amst. Art°. 37, praemium tempore contractae assecurationis solvendum esse iubebant. Hanc tamen constitutionem neque in codice Gall. neque in laud. specimine repetitam esse videmus. Ea enim, nisi sit prohibitiva, nullam plane vim habet, cum secundum iuris civilis praecepta contracta debita statim exigi possint, ubi de cer-

(72) Conf. art. Spec. 525.

introducto, renuntiare, ea non tantum non vetita, sed ipsis legibus permissa ac definita est (Art°. 367) (61).

In legibus patriis de praesumta hac contrahentium scientia magna erat diversitas. Lex autem Amstaelodamensis, quae elapsi temporis computatione et praesumtione, inde derivanda, plane cum iure Gallico conveniebat, effectu tamen ab eo multum erat diversa. Quamvis enim praesumtio adesset, Art°. tamen 12 assecuratio nulla non esse dicebatur, si assecuratus vel is etiam, qui pro eo assecurationem contrahi curavit, iurato declarat, se casum ignorasse. In ceteris autem locis praesumtio absolutam quoque vim habuisse, et contrahentes ad iusiurandum admissi fuisse non videntur, nisi assecuratio facta sit *in omnem eventum* (62). Hanc statutorum constitutionem speciminis laud. auctores confirmarunt Art$^{is}$. 498 et 499.

## § 7.

### *De fraudis probatione, eiusque poena.*

Vidimus supra, assecurationem post rei interitum vel adventum contractam duobus casibus

(61) POTHIER, n°. 24. et ESTRANGIN, in n$^{a}$.

(62) Stat. Rott. art. 35, 36, 37. Dordr. art 38, 39. V. D. KEESSEL, II. th. 722, 732.

bus nullam esse, cum si alter contrahentium eventum scire potuisse vel scivisse praesumitur, tum etiam si eventum ipsi cognitum esse probatur. Praesumtiones exposuimus eas, quae facti sive hominis sunt, et eam, quae ipsa lege constituitur; nunc autem paucis videndum erit de ratione, qua probari potest, rei eventum ante contractam assecurationem ab uno contrahentium cognitum fuisse, deque huius fraudis poena.

Haec admissae fraudis probatio assecuratori vel assecurato omni rerum conditione licita est. Sive enim, legis tempore elapso, praesumtionis favore gaudeant, sive etiam hanc praesumtionem nondum acquisiverint, ad probandam rei cognitionem semper admittuntur. Lex ipsa Art°. 366 illud innuit: *sans préjudice des autres preuves.* Iniquum enim esset, si legis praesumtio, ad avertendam fraudem constituta, malae fidei contrahentem fraudis poena liberaret. Denique fraudis probandae facultas non tollitur clausula, qua assecuratio *in omnem eventum* facta esse dicitur. Ea enim legis tantum praesumtio effectu destituitur, sed nulla pactione effici potest, ne dolus praestetur (63).

Quod ad rationem attinet, qua probatio illa fieri potest, ea vel directe obtinet, uti testium au-

(63) l. 27. § 3. ff. de Pactis. — POTHIER. No. 24.

auctoritate vel fraudis indicia, ex ipsius rei circumstantiis haurienda sunt. Haec probatio, quae ex idoneis et congruis circumstantiis elici potest, nonnunquam testium probationi anteponenda esse videtur. Maiorem certe ad persuadendam iudicis conscientiam vim habet, quam testium probatio, si haec circumstantiis non confirmatur (64).

Cum vero ad probandum argumenta deficiant, alteri contrahentium ab altero exigere licet, ut iurisiurandi sanctitate affirmet, se ante contractam assecurationem eventum ignorasse (65). Quaeritur autem, num si quis iusiurandum recusaverit, inde de *fraude* eius constet, adeo ut ad dupli praemii solutionem teneatur? POTHIERIUS affirmat (66), eiusque sententia nititur l. 3, § 1 ff. de iurei., ubi de iureiurando agitur, quod in poenali actione defertur. Cum vero ipsa lex dicat *en cas de preuve* potior videtur contraria sententia. Iurisiurandi enim recusatio pro probatione *fraudis* haberi non potest, si cogitamus, aliquem varias ob caussas, v. gr. ob religionem vel quia de re dubitat, ab eius praestatione desistere potuisse.

Poena, quae post probatam eventus scientiam,

(64) BENECKE, III. pag. 175—190, qui illud praeclaro exemplo illustrat.

(65) EMER. *Ch.* 15. *sect.* 6. Lex Amst. art. 21.

(66) No. 16.

am, lege constituta est, dupli praemii solutione et correctoria poena constare videtur. Sunt tamen Icti Galli, qui mulctam hanc admissae fraudis poenam esse contendant, eamque non actione civili, sed correctoria imponi statuant. Quamvis posterior sententia illustrem habeat defensorem (67), mihi tamen persuaderi non possum, Gallos, in vindicando scelere acerrimos, tantam fraudem simplici mulcta coercere. Praeter mulctam igitur poena correctoria infligenda esse mihi videtur (68), eademque ratione olim nostrates probatam fraudem non tantum duplo praemii assecurationis, sed publica etiam criminis falsi poena persequebantur (69). In novarum legum specimine de huius fraudis poena non agitur.

§ 8.

*De praemio.*

Vidimus supra, assecurationis essentialia *rei periculo*, *praemio* et *consensu* contineri. Praemium enim, quod assecuratus assecuratori solvit,

(67) LOCRÉ II. pag. 203.

(68) Haec erat sententia praeceptoris Cl. VAN TWIST. — Vide Art°. 368 in praeclara versione Codicis in linguam Germ. virorum doct. ERHARD et V. D. LINDEN in versione nostra. DELVINCOURT. *Inst. du droit Com.* I. pag. 214.

(69) Stat. Rott Art°. 39. — Dord. 41. — V. D. KEESSEL. II. th. 124.

vit, *periculi pretium est* (*Le cout de l'assurance*). Si quis igitur ſine praemio maris pericula fide ſua iusſerat, inita conventio donationis vel fideiusſionis naturam induisſe videretur, quae in distinguenda vel diiudicanda periculorum natura tantum cum asſecuratione convenit. Sed, quamvis polizza expresſam non contineat praemii ſtipulationem, valida tamen mihi videtur asſecuratio, ſi aliunde de eo conſtare potest (70).

Ex iis, quae de periculi aestimatione ſupra disputavi, ſatis conſtat, quae ſit inter contrahentes praemiorum ratio. Cum vero admodum diverſa ſit periculorum gravitas, diverſisſima quoque uſurarum ratio est et legibus nulla actio ob laeſionem vel uſurariam pravitatem conceditur. Contrahentes igitur pro arbitrio praemii ſummam definire posſunt, eaque deinceps, niſi ipſis conſentientibus, immutari non potest. Hac de re olim in Gallia celeberrimae lites agitatae ſunt, cum Angli pacis tempore, mercatorum naves infestaverant; eoque caſu contra iuris regulas tribunalium ſententiis aucta fuisſe praemia refert POTHIERIUS, ne asſecuratores ſolvendo impares redderentur, unde maiora etiam mala in mercaturam redundarent (71).

Pro-

(70) LOCRÉ II ad Art. 332. pag. 62. ſeq.
(71) POTHIER II. N°. 83; conf. tamen ESTRANGIN in n°.

Propter inopinata haec belli mala invaluisse videtur clausula, qua *de praemio augendo* conveniunt, *si bellum exarserit.* Si ea stipulatio polizza continetur, sed contrahentes certam pecuniae summam non definiverunt, illud Art°. 343 iudicum prudentiae relinquitur (72).

In genere igitur regula valet, praemium inito contractu neque minuendum neque augendum esse, cum etiam inopinati casus assecuratione comprehendantur. Sed ab ea regula lex Gall. Art°. 356 exceptionem fecit. Si enim merces uno praemio pro abitu et reditu (quod Gallice *à prime liée* dicitur) assecuratae sunt, navis autem reditura vel omnino vel pro parte mercium onere vacat, duae tantum tertiae praemii partes, pro rata debiti computatae, lege conceduntur. — Haec exceptio de mercibus tantum valet, ad navem autem non est extendenda.

Lex Gallica antiqua Art°. 6, uti etiam lex Amst. Art°. 37, praemium tempore contractae assecurationis solvendum esse iubebant. Hanc tamen constitutionem neque in codice Gall. neque in laud. specimine repetitam esse videmus. Ea enim, nisi sit prohibitiva, nullam plane vim habet, cum secundum iuris civilis praecepta contracta debita statim exigi possint, ubi de cer-

(72) Conf. art. Spec. 525.

certo definitoque ſolvendi tempore conventum non ſit. Cum vero praemia ſtatim ſolvi non ſoleant, leges Gallicae asſecuratori privilegium concedunt ratione praemii in navis valorem Art°. 191, N°. 10; quod tamen apud nostrates nec iure antiquo, nec etiam in laud. ſpecimine conſtitutum esſe videtur (73). Iubet etiam Codex Gall. Art°. 346 ut, ſi asſecuratus ſolvendo impar fiat, asſecuratori fideiusſorem vel contractus rescisſionem petere liceat, quod etiam iure civili permisſum esſe videtur (art. 1184).

(73) v. D. KEESSEL. ll. th. 766 et Auct. ibi. laud. — Spec. l. Art°. 229, ubi inter privilegia non enumeratur.

## CAPUT SECUNDUM.

### DE OBIECTIS PERICULI.

Postquam, expoſita asſecurationis natura, vidimus, qua ratione eius partes cohaereant, propius ad res nostras accedamus. Cum vero asſecurationis obiectum *rei periculo* contineatur, perſpicuam eius notionem nobis effingere non posſumus, niſi conſtet, quaenam res periculo asſecuratoris ſubiici posſint, ſive quae ſint *obiecta periculi.* Age igitur videamus, quid de iis vel rei natura doceat, vel legibus Gallicis ac patriis conſtitutum ſit.

In genere ad periculi obiecta omnia omnino referri posſe videntur, quae interitus vel damni periculo obnoxia ſunt; ſic v. gr. domum contra incendia, vineta atque agros contra frigorem, ſic pecora atque iumenta contra luem pecuariam et mortem asſecurare posſumus. Nos, quod ipſa definitione indicavimus, contractiori argumento, de iis tantum rebus agemus, quae maris vel navigationis periculo ſunt expoſitae; deinceps autem videndum erit, qua ratione leges, hoc quoque reſpectu, periculi obiecta arctioribus limitibus circumſcripſerint.

Pro-

Propter ſummam argumenti gravitatem ipſae leges, cum Gallicae, tum patriae inprimis de rebus, *maris* periculo ſubiectis, egisſe videntur. Sed multa tamen continent, quae aliis etiam asſecurationibus communia ſunt, et ad quae eadem principia debent transferri. Exemplo nobis ſit asſecuratio illa, qua quis debitorem ſolvendo non imparem fore promittit, vel ea, qua incendiorum damna caventur. In patria nostra asſecuratio, quae ab initio in maris periculis avertendis verſabatur, primo ad aedificia extenſa est, eorumque annuam asſecurationem Amſtaelodamenſes Art°. 18 legis anni 1744 conſtituerunt. Dein vero anno 1775, dilatatis finibus, asſecurationem permiſerunt: *op al hetgene, waarin iemand belang is hebbende, mits beſtaande in een reëel interest, en dat hetzelve, mitsgaders welk riſico daarop gelopen zal worden, in het contract van asſurantie bepaald of uitgedrukt worde.*

Lex Gallica Art°. 334, enumeratis aliquot periculi obiectis, generali regula asſecuratoris periculo committere permiſit *toutes choſes ou valeurs estimables à prix d'argent.* Quomodo autem haec regula inprimis Art^i. 347 conſtitutione coarctata ſit, deinceps videbimus. Speciminis laud. auctores, quamvis eandem conſtituerint regulam (Art°. 502), a legibus tamen Gallicis, in coarctanda regula fortasſe nimiis, maxime recesſerunt.

Le-

Leges Gallicae atque patriae, licet obiectorum respectu satis diversae, in eo tamen conveniunt, quod rem quandam ad totum usque valorem assecurari permittant (1). Codicis Gallici auctores hac constitutione ab antiqua lege recesserunt, quae decimam rerum assecuratarum partem assecuratione non comprehensam esse statuebat. Ipsa tamen stipulationem contrariam in genere permiserat, excepto tantum casu, quo assecurati in ipsa navi essent, vel eius essent domini. Cum vero stipulatio, de qua diximus, receptissima esset, contraria nunc legislatori regula placuit Art°. 335: *l'assurance peut être fait sur le tout, ou sur une partie des dits objets conjointement ou séparément.*

Hanc de periculi obiecto materiam duabus sectionibus absolvere conabor. Priori de illis agam periculi obiectis, quae maris periculo *immediate* exponuntur v. gr. navibus, mercibus, hominum vita ac libertate. Posteriori ea recensebo periculi obiecta, quae re vera navibus non continentur, sed arctissimo tamen vinculo cum navium fortuna cohaerent; uti sunt naulum, lucrum speratum, pecuniae sub bodemeriae vinculo commodatae assecuratio, cet. Hanc enim di-

(1) Cf. de Iure antiquo DE GROOT, ll. III. 24. 4. V. D. KEESSEL, th. 717. 719. — Spec. l. Art°. 503.

divifionem, quamvis iuri Gallico non admodum convenientem, mihi et argumenti latitudo et iuris patrii liberalitas fuafit (a).

## SECTIO PRIMA.

### DE OBIECTIS PERICULI DIRECTIS.

### § 1.

*De navium et mercium asfecuratione.*

Si in recenfendis periculi obiectis ab iis ordiendum fit, quae plurimum asfecurantur, facile patebit, quare de navi mercibusque dicere incipiam. — Leges praeter ea, quae de defignanda navi fupra dixi, hac de re fingularia non praefcribunt et omnium omnino navium asfecurationem permififse videntur. Navis igitur *vacua* vel *onerata*, *armata* vel *non armata*, *fola* vel *aliis comitata navibus*, asfecuratoris periculo committi potest; cumque pro diverfis hisce circumftantiis periculi metus augeatur vel decre-

(a) Hanc divifionem indicasfe mihi videtur CASAREGIS Disc. 15. „Securitates non posfunt fieri pro fe neque pro aliis, nifi „extet rificum, vel in mercibus vel in navigiis, vel rebus qui„busvis asfecuratis *mediate* vel *immediate*, *principaliter* vel *indi„recte*."

crescat, utilisſima et ſaepe necesſaria est earum deſignatio. Plerumque ad hanc asſecurationem navium *apparatus*, *armamenta* et *commeatus nautici* referuntur (3), quamvis ea ſeparatim etiam asſecurari liceat. Apparatuum nomine (*agrès et apparaux*) navis ſcapha, ancorae, mala, antennae, funes, vela aliaque eiusmodi inſtrumenta continentur, quae, etiamſi cum navi non ita cohaereant, ut ſine diffractione disiungi non posſint, tamen ad navigationem ſunt necesſaria (4). Ab iis autem distinguenda armamenta et victualia ſive commeatus nautici, quibus navis ad defenſionem et nautarum victum indiget. Pecuniae igitur, quae hunc in finem impenduntur, asſecurari posſunt, ſive impenſae ſiant antequam navis ſolverit, ſive dein necesſariae vel utiles existimentur. Generali enim regula omnia asſecurari licet, quae pecuniae valore aestimari posſunt et maris periculo exponuntur.

Leges nonnullae antiquisſimae in navium asſecuratione non adeo fuerunt generales, et armamentorum asſecuratio fere omnibus erat vetita (5). Lex tamen Ludovici et recentiora pa-

(3) L. Gall. Art°. 334. — Spec. l. Art°. 502. No. 1. 2. 3.

(4) EMER. I. *Ch.* 4. *Sect.* 7. — PARDESSUS, *Cours de droit Commercial.* Tom. II. No. 607. pag. 15.

(5) EMER. I. *Ch.* 8. *Sect.* 5. § 1. — DE GROOT, Inl. § 4. ibique GROENEWEGEN et SCHORER in notis.

patriae ſtatuta hanc prohibitionem omiſerant, iisque pulveris pyrii et tormentorum asſecuratio permisſa erat, dummodo ea ſpecialiter exprimerentur (6).

In concedenda mercium asſecuratione leges quoque nullam prohibitionem feciſſe videntur. Mercatoris autem et Icti magnopere ſcire interest, quaenam res *mercium* nomine, in polizzis uſitato, contineantur, quidque in earum deſignatione uſu receptum ſit. — Eminentior in iure antiquo ſpecies nobis occurrit, cuius commercium, magno humanitatis dedecori Europae populi olim faciebant. Mercaturam innuo ſervorum, qui ab Africae oris in Americae colonias deducebantur. Hi enim, cum mercium iure haberentur, asſecurationi committi poterant (7). Sed cum hodie pleraeque Europae gentes, inter quas Galli, hanc mercaturam legibus prohibeant (8), talis asſecuratio etiam vetita existimanda est.

In

(6) V. D. KEESSEL th. 718 — Lex Amſt. Art. 10, aliaque ſtatuta apud V. D. KEESSEL laudata.

(7) EMER. I. *Ch.* 8. *Sect.* 4. § 5. — POTHIER. No. 28. — VALIN ad Art. 11 et 15 legis ant. N. VALIN ad art. 334 et 335, pag. 397.

(8) Cf. Amic. Conſult J. T. H. NEDERMEIJER VON ROSENTHAL in egregia disſertatione *de ſervorum Afrorum commercio, eoque recte ſublato, nec non de Afrorum ſervitute penitus tollenda.* Sect. 4. Cap. 2, 3, 4; ubi de patria nostra pag. 188; de Gallia pag. 208.

In genere igitur ſtatuimus, nullam ex interna mercium natura prohibitionem deduci poſſe; ſed videamus, num externae cauſſae earum aſſecurationem illicitam reddere poſſint. Agendum igitur § ſequenti de aſſecuratione mercium contra leges patrias, de aſſecuratione mercium tempore belli vetitarum (*krijgscontrabande*), earumque, quae ad hostes pertinent.

§ 2.

*De aſſecuratione mercium externas ob cauſſas prohibita.*

Si civitatis legibus mercium importatio vel exportatio vetatur, nullas eſſe patet aſſecurationes, quae in ipſa hac civitate contrahuntur contra pericula, ex ea legum prohibitione oriunda. Tales aſſecurationes admittendo, ſibi ipſae leges eſſent contrariae; fraudisque auxilia ipſae praebuiſſe viderentur, conceſſa ratione, qua irriti conatus damna averti poſſent. Valet igitur apud omnes civitates regula, aſſecuratoris obligationem, etiamſi latiſſime extendatur, verſari non poſſe in avertendo rerum damno, quarum commercium ex eius civitatis legibus interdictum est (9). Ta-

(9) EMER. I. *Ch.* 8. *Sect.* 5. § 1. — PARK, *A System of marine Inſurance*, pag. 250. — MARSHALL, B. 1. *Ch.* 3. — BENECKE, I. Cap. 1, Sect. 1. pag. 27.

Tales asſecurationes invitis legibus interdum contrahi, affirmare non auſim. — Fortasſis ſunt, quibus contrahi posſe videntur, ſub clauſula, quae asſecuratorem a confiscatione ceterisque damnis, veluti mulctis, liberat. Cum vero inter contrahentes de rerum asſecuratarum natura conſtare debeat, leges hanc asſecurationem tueri non posſunt, atque asſecuratus fidei asſecuratoris omnino relinquitur.

Uti autem, quae civitatis, in qua contrahuntur legibus repugnant asſecurationes, nullae declarantur, ita e contrario apud omnes populos validae habentur mercium asſecurationes contra exterae civitatis iura. Recepta haec civitatum norma eo inprimis principio defenditur, quod civitatis leges nullam peregrinis obligationem imponant. Immo Brittanni ulterius hanc in rem progresſi ſunt. Hi enim non tantum concedunt asſecurationem mercium, quae falſis ſimulatisque documentis in exteram civitatem importantur, ſed asſecuratione etiam commercia tueri permittunt, pactionibus inter ſe aliasque civitates initis, prohibita (10).

Hisce tamen asſecurationibus magni nominis Icti ſeſe opponunt (11). — Illicitam omnem esſe contendunt mercaturam, adeoque et asſecurationes

(10) BENECKE. pag. 36. — PARK. pag. 237.

(11) POTHIER. n°. 58. — BALDASSERONI *Trattato delle Asſicurazioni marittime*, part. III. Tit. 3. § 2 ſeqq.

ones, quae civitatis legibus, quacum commercia geruntur, repugnant. Quaeque enim civitas iure gaudet commercia prohibendi, iisque legibus peregrinos in gerendis commerciis ſeſe componere oportet. Peſſimi porro exempli res est, aliorum civitatum incolas ad legum ſuarum violationem incitasſe. — Multa, fateor, eaque gravisſima argumenta pro hac ſententia afferuntur, ſed quaestio nostra ex virtutis lege hic non est diiudicanda. Quamvis ſecundum eam non ſit commendanda, habet tamen, quo posſit defendi. Ea enim conſtitutio non tantum reciproca est et apud omnes gentes recepta, ſed inprimis Angli aliarum nationum mercaturae invidentes, frequenti commerciorum interdictione, iis non contemnenda intulerunt damna. Quod igitur de cuiusque civitatis libertate in prohibenda mercatura contendunt, illud humanitate inter gentes quodammodo est limitandum. *L'usage immodéré de ce droit*, [ita auctor Gallicus loquitur] *n'est il pas un oubli des égards réciproques, qui ſont dus de nation à nation, comme d'individu à individu? — On ne peut ſe dissimuler, que ces systhèmes de defenses d'importation ou d'exportation de la part d'un gouvernement, ne soient le plus souvent une espèce de guerre déclarée aux besoins, a l'industrie, aux débouchés des productions d'une autre nation; ſi celle ci ne peut pas s'immiscer dans les lois de l'autre, est elle de même obligée de pro-*

*téger ces lois, faites non seulement sans la consulter, mais encore avec l'intention évidente de lui nuire? Doit elle dès-lors se méler de punir et d'empécher ceux, qui enfreignent ces lois; et si elle s'imposait l'obligation de les protéger, d'en punir les infracteurs, lui conviendrait il de le faire sans exiger de l'autre gouvernement une protection réciproque, une punition égale des contraventions à ses lois?* (12)

Altera, quae ab hoc loco aliena non videbatur, quaestio ea erat, num merces belli tempore vetitas asſecurare liceat. Sed antequam exponamus, quid in earum rerum asſecuratione iustum vel receptum ſit, antea definiendum videtur, quaenam commercia belli tempore ſint prohibita. Etenim ſi liberorum populorum conditionem intuemur, ſtatuendum videtur, mercaturam civitatum neutras partes ſequentium bellorum incommodis ſubiici non debere. Sic ne civitas quidem, ſubminiſtratis armis vel apparatu bellico, neutralitatem, quam dicunt, violasſe cenſenda est, ſi alii populi bellum gerentes ab earum venditione ibi non arcentur. Sed abſolutam hanc libertatem gentes Europaeae initis pactionibus moribusque receptis, maxime restrinxerunt. Hac igitur ratione interdicta plerumque habetur nonnullarum rerum cum popu-

(12) ESTRANGIN ad POTH. n°. 58. pag. 91.

pulo belligeranti mercatura; quae, cum neutralitati contrariae existimentur, confiscationi caussam praebent et apud nos *krijgscontrabande* dicuntur.

Quamvis gentium foederibus diversa sit earum mercium enumeratio, illae tamen plerumque armis et apparatu bellico continentur. His vero aequiparanda sunt omnia, quae a media in bello gente in portum, ab hostibus obsessum, importantur, vel etiam ex eo vehuntur, nisi cum hostibus ea de re convenerit.

Cum igitur constet, quarumnam rerum mercatura belli tempore prohibeatur, videamus nunc, quid in earum assecuratione iustum vel receptum sit. Illicita autem esse intelligitur assecuratio, si civitatis belligerantis cives ipsi hostibus tales merces subministrare, easque assecuratione tueri conantur. Immo, etiamsi in hac civitate eiusmodi assecurationes a mediis contrahantur, iis tamen iuris vis atque effectus concedi non possunt. Sed validae habentur assecurationes, in regione media a mediis in bello contractae, qui vetita commercia cum gentibus inter se bellum gerentibus vel alterutri earum instituere volunt.

Pleraque, quae ab auctoribus (13), pro hac assecuratione afferuntur argumenta, iuris genti-

(13) V gr. BENECKE, I. *Kap.* 1. *Abschn.* 3. pag. 43.

tium principiis contraria ſunt. Optima autem, qua defendi posſunt, ratio illa, opinor, est, quod communi populorum uſu legibusque ſint receptae (14).

Quod ad rerum asſecurationem attinet, quae ad *hostes* pertinent, ea aliis locis permisſa, aliis vetita est (15). Plerumque autem belli declaratio commerciorum interdictione comitari ſolet, eoque caſu omnis asſecurandi libertas videtur ſublata. Si ſecus est, tales asſecurationes iure Gallico videntur permisſae (16), idemque expresſis verbis ſtatuto Amſtael. Art°. 40 cautum erat.

§ 3.

*De asſecuratione vitae.*

Quamvis vitae asſecuratio proprie ab inſtituti nostri ratione deflectere videatur, hanc tamen intactam relinquere nolui. Etenim non tantum argumenti gravitate et novitate quadam lectorem allicit, verum maxime etiam ab iis contrahitur, qui periculoſis itineribus ſeſe committunt. Cum igitur hoc respectu a re nostra aliena non ſit, videamus, quare plurimi ſcripto-

(14) vide BENECKE, l. l. — Stat. Amſt. art. 10. — VAN LEEUWEN, *Roomsch Holl. Regt.* II. pag. 67 in na.

(15) BENECKE, I. *Kap.* 1. *Abſchn.* 5.

(16) EMER. I. *Ch.* 4. *Sect.* 9. — C. N. art. 14.

tores (17) eam reiecerint et quonam iure in legibus Gallicis patriisque antiquis (18) fuerit prohibita.

Qui vitam hominis assecurandam non esse contendunt, hisce potissimum argumentis mihi uti videntur. Nimirum vitam hominis rem dicunt, pecunia non aestimabilem (18*) quaeque mercaturae subiici non potest; turpissimum autem esse, imposito vitae pretio, morte lucrari. Cumque haec assecuratio, computato vitae spatio, ab assecuratore contrahatur, eam maleficiis criminibusque ansam praebere et aleae aequiparandam esse statuunt (19).

Cum negari non possit, illas rationes veri speciem prae se ferre, paullo accuratius videntur examinandae. Certum est, vitam hominis, si ingenii vel animi virtutes respicias, nec venalem proponi, neque ulla pecuniae summa aestimari posse. Sed haec vitae aestimatio ad hanc assecurationem non requiritur. Assecurator enim res assecuratas nec emit, neque restituit, sed damnum, assecurato rerum interitu datum, resarcire tenetur. Cum igitur is sit assecurationis finis, ut damnum, quo quis affligitur, restituatur,

(17) EMER. I. *Ch.* 8. *Sect.* 1. et auctores laud. — LUZAC ad WOLF. § 679, aliique permulti.

(18) Tit. ass. art. 10. — Stat. Amst. art. 24.

(18*) l. 3. ff., si quadrupes. Liberum corpus aestimationem non recipit.

(19) cf. POTHIER. n°. 27 et ESTRANGIN in na.

tur, vana eorum cura existimanda est, qui de vitae asſecuratione ſolliciti ſunt. Dubium enim non est, quin detrimentum, alicuius morte aliis importatum, aestimari posſit, illudque ad vitae asſecurationem ſufficit. Quemadmodum qui vita hominem privat, haeredibus damnum resarcire tenetur, ita etiam asſecurator damnum, morte alicuius aliis importatum, restituit.

Iniqua porro mihi eorum videtur ſententia, qui turpe esſe dicunt, aliorum computare vitae ſpatium atque, impoſito ei pretio, morte lucrari. Licet mercaturae utilitas latiores limites exigere videatur, hi tamen mercatori denegant, quod iuri civili permisſum est. In iis enim reditibus, qui ad vitae finem durant, non tantum vitae tempus computatur eius, qui conſtituit, ſed aliorum etiam, qui nullum inde commodum habent. Haec autem computatio multis conventionibus inest, v. gr. iis reditibus, qui *Tontinen* dicuntur, in quibus, ſi quis moritur, huius pars ceteris ſociis accrescit.

Argumentis, quae contra hanc asſecurationem militare videntur, adnumerandum illud, quod ex ea maleficia atque crimina profluant. Re tamen bene perſpecta, vereor, ne falſa haec opinio deprehendatur, namque ſi vita asſecurati periculi obiectum est, nihil magis asſecuratoris interest, quam ut vivat. In aliis quidem, v. gr. in asſecurati heredibus contraria ratio est, ſed quae ex eorum criminibus damna exiſtunt,

ſtunt, ab asſecuratore non restituuntur. Asſecurationis enim naturae repugnat, ut asſecuratoris fortuna ab ipſo asſecurato vel ab eo penderet, cui damni dati reſarcitio facienda est. Nullus igitur eius restitutioni locus esſet, ſi illi, quorum ob initam asſecurationem interesſet asſecuratum perire, ipſi inſidias ſtruxerant. Atque idem de eo caſu existimandum est, quo vel ipſe asſecuratus manus ſibi inferret vel facto ſuo mortis poenam ſubiret. — Sed ſi vitae asſecuratio cum reditibus, ad vitae finem durantibus confertur, in iis incommoda ea deprehenduntur, quae ab ipſa depellere conati ſumus. Debitoris enim interest illum decedere, cui reditus ſolvendi ſunt, cum asſecuratoris interſit, ſalvum esſe asſecuratum; atque ſic quidem legislator parum ſibi convenisſe cenſendus esſet, qui, cum reditus illos lege permiſisſet, vitae tamen asſecurationem reprobaret.

Ex iis, quae dicta ſunt, facile videmus, quantum ab alea atque luſu haec asſecuratio distet. Aleae naturam asſecuratio induit, quando asſecurati non interest eam contraxisſe, quod in vitae asſecuratione non obtinet. Nonne, ſi quis v. gr. in Coloniam Indicam profectus, itinera perfecto 100,000 fl. habebit, eius familiae tanti interest, ipſum ſalvum rediisſe? — In eiusmodi vitae asſecuratione asſecuratus ipſe damnum non ſentit nec pecuniam recipit, ſed in favorem tertii ſtipulatum est; quod, cum iure

ci-

civili (art C. N. 1121) liceat, nemini certe dubium est, quin in exemplo propofito asfecuratus familiae fuae prospicere posfit. Sed non tantum in favorem tertii, verum fibi ipfe alterius vitae asfecuratione cavere licet, modo hunc vivere asfecurati interfit. Si quis v. gr., elapfo anni fpatio, a quodam 1000 fl. accipiet, quibus, mortuo interim debitore, destituitur, eius vita asfecurato 1000 fl. valorem habet (20).

Relictis iis, quae de huius asfecurationis utilitate atque praeftantia disferere posfem, obfervasfe fufficiat, haec principia tandem apud omnes fere Europae populos praevaluisfe et legibus esfe recepta. Apud Gallos duo arresta regis confistorii diebus 3 Nov. anni 1787, et 27 Jul. anni 1788, fublata legis antiquae prohibitione, focietatem, pro vitae asfecuratione contractam, permiferant. Cumque Codicis (21) et fpeciminis nostri leges hanc rem filentio praetereant, faniora principia comfirmasfe debent videri.

§ 4.

(20) PARDESSUS, II. II. pag. 303.

(21) Quamvis frustra inde contra vitae asfecurationem argumentum petatur, mirari tamen liceat, virum Ampl. M. CORVETTO (*Exposé des motifs* ad art. 334) vitae asfecurationem reprobasfe et tanquam iniustam legibus non comprehenfisfe. — Cf. de illarum orationum in interpretando legis fenfu auctoritate Disf. Inaug. Cons. Amicisf. W. L. F. C. VAN RAPPARD, de auctoritate et ufu disceptationum et orationum, quae occafione conficiendi commendandique Codicis Civilis Francici funt habitae (vulgo *Discussions et motifs*) in interpretatione legis.

## § 4.

### *De asſecuratione libertatis.*

Cum nautis, iis praeſertim, qui ſeptentrionalia Africae litora praetervehuntur, captivitatis et ſervitutis mala immineant (22), non infrequens est conventio, qua eorum libertas asſecuratoris periculo committitur. Capto asſecurato huius contractus effectus in restituta libertate pro redemtionis pretio conſpicui ſunt. Pretium autem vel ipſa polizza definitur vel, omisſa eius mentione, de redimenda tantum libertate cavetur. Icti Gallici inter utrumque caſum memorandam fecerunt differentiam. Posteriori, indefinita nempe pecuniae ſumma, ſolvendum ab asſecuratoribus pretium est, quamvis illud immodicum vel enorme ſit (23); a ſolvendo autem redemtionis pretio liberantur, ſi nulla plane est redimendae libertatis ratio. Sive igitur is, cuius libertas asſecurata est, in locum incognitum deductus ſit, ſive barbari nullo pretio eum manumittere velint, ſive etiam vi-

(22) De huius periculi gravitate conf. QUINCTILIANUS, Declam. IX ubi „Felix", inquit „navigantium conditio, qui pro„cellas modo et ſaevos tempeſtatis incurſus et albentes fluctus, „ſcopulos, aliaque pericula tantum maris pertulerunt; ego mi„ſer naufragiis invideo, captus barbaris manibus, etc."

(23) EMER. I. *Ch.* 8. *Sect.* 2. § 4.

vitam morte commutaverit, asſecuratores ad ſolvendum non tenentur, cum de ipſo redemtionis facto convenerint. Quod autem ad praemium attinet, illud ab incepto periculo iure irrevocabili asſecuratoris esſe, ſupra mihi demonſtrasſe videor (24). Priori caſu, definito nempe redemtionis pretio, Icti Gallici aliam omnino viam videntur ingresſi, cum enim contrahentes de pretio redemtionis tantum convenisſent, illud capto asſecurato debitum esſe ſtatuerunt, etiamſi nulla ſit redimendae libertatis ratio (25).

Recepta tamen hac ſententia viri eruditisſimi cum ab asſecurationis, tum vero maxime ab iis principiis recesſisſe mihi videntur, quibus, tanquam fundamento, Gallorum asſecuratio nititur. Ex ea enim ſententia conſequens est, ut, ſi quis libertatem ſibi vindicat, ipſi pretium ſolvatur, utque illud, ſi in captivitate demortuus est, ipſius haeredibus numeretur. Priori caſu asſecuratio ad aleae naturam accederet, cum asſecurato, qui ſibi libertatem iam vindicaverat, pretio, ut redimeretur, non opus esſet. Posteriori autem ſpecie talis conventio vitae asſecuratio videretur, quippe qua in ſolatium demortui cognati pecuniae ſumma ſolvenda esſet. Sed tales asſecuratio-

(24) l. 10. C. de Condict. ob cauſ. dat.

(25) EMER. II. § 3. et POTH. II. No. 171.

tiones Gallis lege antiqua fuisſe prohibitas, modo vidimus.

In diiudicanda autem hac quaestione inprimis mihi tenendum esſe videtur, periculi obiectum esſe libertatem, adeoque huius redemtione necesſariam conditionem contineri. Stricto igitur iure nulla, opinor, est asſecuratoris obligatio, ſi redemtionis pretium definitam polizza ſummam excedat, vel ea aliam ob causſam fieri non posſit. — Hanc ſententiam iure patrio non tantum recipiendam, verum receptam quoque fuisſe, argumento mihi ſit lex Amſt. Art°. 14, quae ea, tanquam fundamento, ſuperſtructa videtur (26). Hanc enim legem, licet definito polizza pretio, libertatis tamen redimendae rationem habuisſe, inde patet, quod reliquae pecuniae reverſio (*ristorno*) iubeat, ſi libertas minori pecuniae ſumma redemta esſet.

Cum vero haec ſtricti iuris praecepta iniqua in captivum ſint, qui, asſecurata libertate, haud ſufficientem pecuniae ſummam definiverat, ſpeciminis laud. auctores ab hac regula exceptionem admiſerunt, fortasſe in iure patrio receptam. Asſecurato enim concedunt definitam pecuniae ſummam ab asſecuratore exigere, ſi probatur eam libertati redimendae non ſufficere (art. 515). Quod cum asſecurato tantum concesſum ſit, ad eius haeredes non extendendum videtur.

Ex

(26) Cf. Spec. l. art. 515.

Ex eo autem, quod dixi, libertatem periculi obiectum esse, non sequitur, toties libertatem ab assecuratore esse redimendam, quoties assecuratus eam amittat. Assecuratio enim, quae pro incerto amittendae libertatis periculo contrahitur, facta semel redemtione impleta est, licet eius effectus non duret (27).

Ad hunc locum referenda etiam est legis antiquae constitutio (art. 11 h. tit.), quae iis, qui captivos redemerant, redemtionis pretium assecurationi committere concedebat. Huius autem assecurationis effectus eo cernitur, ut redemtus, si iterum captus est, denuo libertati reddatur. Sin vero occisus, vel aqua submersus pereat, assecuratum redemtionis pretium ab assecuratoribus redemtori solvendum est, et factas ipsius impensas compensabit. Sed ab assecuratoris periculo aliena manent damna, quae ex morte redemti naturali profluunt (28).

(27) EMER. I. *Ch.* 8. *Sect.* 2. § 6. — CASAR. Disc. 23. n°. 28.

(28) EMER. I. *Ch.* 8 *Sect.* 3.

## SECTIO ALTERA.

### DE PERICULI OBIECTIS INDIRECTIS.

§ 1.

*De nauli assecuratione.*

Expositis iam directis periculi obiectis, ad ea transeamus, quae in ipsa quidem navi non sunt, sed cum navigationis eventu cohaerent. Primo igitur nobis videndum de assecuratione *nauli* sive mercedis, quae pro transvehendis navi mercibus vel vectoribus solvitur. Exercitorum enim, qui navigia armant atque instruunt, et mercatorum, qui gerendis commerciis occupantur, distinctum quoddam et peculiare negotium est. Mercator exercitoris navem et auxilia ad transvehendas merces certo stipulatoque naulo conducere solet. In hoc naulum non tantum sumtus imputantur, in navis refectionem facti, avariae ipsi impositae, vel quae exigi solent vectigalia, verum ex eo hauriendae quoque impensae sunt, quae pro victu et mercede nautarum fieri debent; et tum demum, deducto etiam, quod navis instrumentorumque usu consumitur, merum existit ex navigatione lucrum.

Videmus igitur exercitorem, assecurata navi, damni metu nequaquam esse liberatum, cum fa-

factis pro armatione impensis et sperato nauli lucro omnino vel pro parte possit destitui. Omnino, si merces, casu fortuito deperditae, exonerari nequeunt; pro parte, si merces, quamvis non perierint, ad destinatum locum tamen non vehuntur, eoque casu naulum itineris ratione habita solvendum est. — In concedenda igitur exercitori assecuratione ne lucrum quidem, quod ex faciendo itinere aestimatur, excipiendum est; quippe quod, appulsa navi, exercitori non minus certum videtur, quam oneratori mercium suarum pretium.

Ad has tamen rationes legislator Gallicus accedere noluit, sibique exercitorum commodis satis consuluisse visus est, si praeter navem factas etiam impensas assecurari concederet. Vidimus enim ad licita periculi obiecta cum instrumenta apparatusque navium (*agrès et apparaux*), tum quoque armationis impensas (victualia intellige, munitiones bellicas aliosque ad profectionem sumtus — *armement*) esse referendas. Sed antiquis legibus adhaerens, legislator assecurationem nauli *faciendi* sive nondum acquisiti (*du fret à faire*) prohibuit, quamvis nonnulla Tribunalia et ipsa Cassationis Curia contrariam sententiam tuerentur (29).

Cum igitur lege Gallica prohibita dicatur asse-

(29) *Analyse raisonnée des Observations des Tribunaux*, *Tom.* I. ag. 86 seqq.

ſecuratio nauli earum mercium, quae in navi ſunt, videamus, quatenus prohibitio ea extendenda ſit. In legis autem interpretatione verba: *le fret des marchandiſes existantes à bord du navire* ita videntur intelligenda, ut tantum modo faciendum naulum (*le fret à faire*), comprehendant. Ex iis enim, quae huius legis ferendae occaſione disputata ſunt, liquido conſtat, legis prohibitionem acquiſito naulo non esſe applicandam (30). Sed magna hic quaestio oritur, diverſis ſcriptorum ſententiis celeberrima, quando naulum *acquiſitum* dici posſit. — Equidem, cum in hoc labyrintho immorandum ſit, primo exponam quaenam ſignificationes acquiſito naulo ſubiici posſint, dein vero Codicis legem cum iis in conſonantiam redigere conabor.

Naulum igitur triplici ſignificatione exercitori acquiſitum dici mihi posſe videtur. — Prima, cum, itinere ad finem perducto, merces navi exoneratae et in urbis crepedinem delatae ſunt; quo caſu, cum maris periculo non ſint ſubiectae, asſecurator ſtipulato praemio exercitori cavere potest, oneratorem ſolvendo non imparem fore, ſed asſecurationi contra caſus maritimos locus non est. — Altera ſignificatione acquiſitum dicitur, ſi contrahentes convenerunt, quocunque rerum eventu naulum ſolvendum esſe, eoque caſu eadem asſecuratio, quae caſu pri-

(30) Locré, ad h. art. pag. 116.

priori, contrahi potest (31). — Tertia denique significatio est, si, licet debitum sit mercium naulum, illud tamen maris periculo iterum exponitur. Finge v. gr. navem, coffeae fabis oneratam, Surynamis Amstaelodamum esse destinatam, ea conditione, ut definitum ad Amstaelodamum usque naulum duplicandum sit, si dictae merces hac navi Petropolin vehantur. Si igitur, producto itinere navis Petropolin tendit, naulum non tantum *acquisitum*, sed etiam *maris periculo expositum* dici posse videtur (32).

Hisce igitur expositis, inquirendum nobis est, num verbis *le fret des marchandises existantes à bord du navire* acquisitum contineatur naulum, de quo posteriori loco vidimus. Sunt enim, qui statuant, legislatorem hisce verbis ad Declaraonem anni 1779 Art. 6 respicientem, acquisitum hoc naulum asfecurari prohibuisse (33). — Fatendum est, contrariam sententiam legis verbis oppositam videri, cum merces, etiamsi ad primum locum advenerint, et iam ad alterum destinationis locum vehantur, tamen in ipsa navi sint. Sed in huius legis interpretatione non tantum loci

(à

(31) PARDESSUS II. n°. 842. — POTHIER. n°. 36. N. VALIN ad art 347. pag 453

(32) EMER *Ch.* 8. *Sect.* 8. § 3. Hanc sententiam reiicit ESTRANGIN ad POTH. n°. 36

(33) BOUCHER et LA PORTE in N. VALIN, pag 458.

(*à bord*), verum et temporis ratio habenda videtur. Legislator de praesenti tantum navigatione loqui praesumitur, adeoque mercium prohibitio ad hanc quoque videtur restringenda. Naulum enim facti itineris exercitoris erat, illudque, ut augeretur, maris periculo iterum exposuit. Exercitoris igitur ius certum est, et sua tanti interest, illud salvum manere, quanta ipsa est nauli summa.

Sententia nostra iis quoque confirmari videtur, quae hac de re ferendae legis occasione disputata sunt. Facta enim in Consistorio principis erat observatio, prohibitionem ad naulum acquisitum non esse extendendam, eique speciminis auctores accesserunt. Si igitur cogitamus, in assecuratione contra maris pericula, de qua Art[us]. 347 loquitur, naulum dici non posse acquisitum, nisi significatione nostra, inepta satis videri debet distinguendi cura, ubi nulla est diversitas. Sed si contendimus, acquisiti nauli assecurationem, quae prohibitione non continetur, caveri ne exercitor oneratoris ἀπορία laedatur, nimis lata esset legis constitutio. Tunc enim ne licita quidem talis esset assecuratio, si naulum omni eventu solvendum esse convenerant, cum merces illae in ipsa navi sint. Denique etiam legis prohibitio fraudis metu maxime recepta est, eaque ratio proposito casu adesse non videtur.

Licet igitur Galli huius nauli acquisiti assecu-

rationem admifisfe videantur, faciendi tamen nauli asfecurationem diferte prohibuerunt. Cum vero iura patria huic legis Gallicae conftitutioni e regione fint oppofita, paucis videamus, quid fpeciminis nostri auctores moverit, reprobata Codicis lege, ad antiqua rediisfe.

Supra iam diximus, Gallos principii fuisfe tenacisfimos, asfecurationem tantum verfari in cavendo damno, quod re vera inducitur. Hoc principio omnes fuperftructae funt prohibitiones, quae deinceps erunt recenfendae. Quod ad faciendum naulum attinet, illud navigationis felicis pretium, adeoque incertum est; immo, fi inita conventione asfecurari posfet, tempore initae asfecurationis tamen nondum existeret. Cum itaque asfecuratio certum redderet lucrum nondum existens, legislator, eam concedendo fe ipfum fraudi anfam daturum existimabat (34).

Quamvis vera fint, quae de obiecto periculi, tempore contractae asfecurationis nondum exftantis, dicuntur, illud tamen, itinere feliciter peracto, adest et exercitor, fi navis perierit, amisfo naulo ftipulato, damnum non contemnendum patitur. Recte igitur Curia Casfationis, concesfa hac asfecuratione, mercatorum commodis

(34) Hoc fenfu EMERIGONUS dixit: *Vouloir exiger des asfureurs le prix d'un fret, qui n'a jamais existé, c'est donner un corps à la penfée et réalifer un être de raifon; c'est induire les capitaines à facrifier l'interet des marchands chargeurs.*"

dis inſerviendum esſe ſtatuit, rogavitque, num Politices esſet, Gallos in patria ab ineundis asſecurationibus retinuisſe, quas in aliis civitatibus fere omnibus contrahere posſent (35). Maxime enim videtur dubitandum, an fraudes hic adeo pertimescendae ſint, ut propterea asſecuratio, ceteroquin utilisſima, mercatorum votis denegari debeat. Nonne conventio, qua omni rerum eventu naulum ſolvendum esſe ſtipulatur, eosdem habet effectus? Quae, cum nec lege prohibita nec Ictorum ſententia illicita habeatur, non perſpicio, quare faciendi nauli asſecurationem prohibendam esſe ſtatuant (36).

Recte igitur legibus patriis ac ſpecimine laud. admisſam fuisſe faciendi nauli asſecurationem ſatis mihi demonſtrasſe videor (37). Quod autem diverſam rationem attinet, qua ea contrahi potest (*bruto en netto vrachtverzekering*) et modum, quo in dati damni resarcitione verſari debeamus, ea ab inſtituti mei ratione aliena videntur (38).

§ 2.

(35) *Analyſe raiſ. des Trib.* l. ſupra l.

(36) Idem hic valeat, quod de hac conventione VALINUS: *La crainte d'un crime ne doit pas empêcher de ſe tenir aux règles de la juſtice.*

(37) Stat. Amſt art. 15. — V. D. KEESSEL, th. 717. n°. 4 et ſtatuta ibi ll. — Spec. art. 513.

(38) BENECKE, I. *Kap.* 1. *Abſchn.* 7. pag. 60 ſeqq.

## § 2.

### *De asſecuratione mercedis nautarum.*

Eadem ratio, quare lex Gallica naulum nondum acquiſitum asſecurari vetuit, in causſa fuisſe videtur, quod mercedum prohibitio ex antiqua lege repetita ſit. Nautarum enim mercedes tempore contractus nondum acquiſitae ſunt, illudque principium hac in re eo magis legislatori placuit, cum magnopere interſit nautarum commoda cum felici itineris exitu coniunxisſe.

Cum vero lege Gallica in genere asſecurari prohibitae dicantur *nautarum mercedes*, quaeri posſet, num ea prohibitione etiam contineantur mercedes, quas navis exercitor nautis in antecesſum ſolvit. Affirmantium ratio hoc inprimis argumento defenditur, quod legis diſpoſitio, quamvis duo tribunalia eam restringendam esſe contenderent, tamen immutata manſerit (39). Sed cum mercedes illae ad armationis impenſas pertineant, facile patet, has quoque ab exercitore navis asſecurationi committere posſe (40).

Apud nostrates nautis etiam interdicta fuit mercedum asſecuratio, quia pertimescendum erat, ne nautae, asſecurata mercede, minus forent di-

(39) Legi addenda esſe dicebant verba: *de la part des gens de mer.* Cf. *Anal. Raiſ. d. Trib.* l. l.

(40) N VALIN ad art. 347. pag. 452 in n². 

diligentes (41). Fuerunt tamen inter ſtatuta patria, quae hanc asſecurationem permiſisſe videntur; ſed ſpeciminis l. auctores, legem Amſtaelodamenſem ſecuti, hanc mercedum asſecurationem etiam prohibuerunt (art. 528).

## § 3.

### *De lucri ſperati asſecuratione.*

Expoſita nauli asſecuratione videamus, quid de lucro *ſperato* ſive *imaginario* legibus conſtitutum ſit. Si tantummodo in iure Gallico verſaremur, legislator, qui antiquae legis proprohibitionem repetiit, disputandi nobis otium fecisſet. Cum vero ſperati lucri asſecuratio legibus patriis et ſpecimine laudato concesſa ſit (42), ſilentio eam praeterire non licet. Sed antequam iuris patrii conſtitutionem moneamus, videndum erit, quaenam ſit huius asſecurationis natura atque finis et qua ratione fini propoſito effectus reſpondeant.

Ratio introducti iuris in damni gravitate videtur quaerenda, qua mercator, amisſo quod ſperabat lucro, affligitur. Licet enim ab asſecurato-

(41) Stat. Amſt. art. 13. — Midd. art. 6. — v. D. KEESSEL th. 717 n°. 5.

(42) Stat. Amſt. art. 17; prohibita tamen Rott. art. 28, 29. Cf. v. D. KEESSEL th. 717 n°. 10 en BYNK. ibi l. — Specim. art. 502. n°. 6.

tore deperditae res restituantur, mercator tamen non tantum tempus et operam frustra impendit, verum male gesta re aliis etiam molestiis implicari potest. — Finis autem asſecurationis pro lucro ſperato contractae multos et, ni fallor, ipſos Codicis Gallici auctores effugit. Tenendum enim est, omne negotium mercatorium natura ſua esſe incertum, cum ſaepe caſus, qui vigilantisſimum mercatorem fallunt, in eius eventum vim exerceant. Hinc patet, ſperati lucri asſecurationem eum non habere finem, ut quod ſpe et votis conſistat commodum, reddatur certum, quippe cum hic finis mercaturae indoli e regione foret oppoſitus. Ab asſecuratione igitur nostra distinguenda est ea conventio, quae nonnunquam de augendo vel minuendo mercium pretio contrahitur, quaeque veri nominis asſecuratio dici non potest. Cum enim ſupra diximus, asſecurationem auxilium mercaturae praestare, ea ab hac utilitatis laude potius videretur aliena, ſi, commixta utriusque rei natura, mercaturae indolem plane converteret. — Sperati igitur commodi asſecuratio eo conſpicuum habet finem, ut, deperditis vel damno affectis mercibus, ab asſecuratore ad definitam usque ſummam restituatur lucrum, quale merces felici adventu habuisſent.

Quamvis asſecurationis finis, quem memoravimus, mercaturae admodum inſerviat, Galli tamen ſperati lucri asſecurationem prohibuerunt.

„Lu-

„Lucrum" ut EMERIGONUS inquit „incerto at-„que futuro caſu regitur. Spe igitur atque co-„gitatione tantum existit, ſed cum non in ip-„ſa navi ſit, asſecuratoris periculo committi „non potest. — Aliud agitur, ſi lucrum ac-„quiſitum est, eoque caſu hac asſecuratione „mercatori non interdicitur. Sic v. g. mer-„ces ad Martinicam destinatas pro abitu et „reditu ad 50,000 fr. asſecurari iusſi. Eas „autem, cum in Martinicam esſent vectae, tan-„tum dedisſe lucrum mihi nuntiatur, ut reditu-„rae navis onera 100,000 fr. valeant. Hoc caſu „etiam 50,000 fr. lucrum asſecurationi com-„mittere licet, quia illud acquiſitum est" (43). — Cum igitur post acceptum nuntium talis asſecuratio licita ſit, quare mercator, qui tale lucrum expectat, eius tamen certior factus non est, lucrum illud eo caſu asſecurari prohibetur, quo revera extitisſet?

Quamvis igitur, hunc finem non attendentes, leges Gallicae ſperati lucri asſecurationem prohibeant, illae tamen hanc prohibitionem non ſatis tueri videntur. Cum enim asſecurationem contrahentes res asſecuratas aestimare posſint, ſaepe fit, ut addito, quod ſperabatur, lucro emtionis valori, legum prohibitioni ſeſe ſubtrahant (44). Haec autem aestimatio contrahentibus

(43) *Ch.* 8, *Sect.* 9.
(44) *Voorrede van het Ontwerp*, pag. 3.

bus relicta est et, si iustos limites excedit, iudicibus diiudicanda videtur (45). Cum vero minima quaeque differentia attendi nequeat, VALINUS assecuratori factae laesionis actionem non concedendam esse statuit, nisi merces saltem pro quarta parte nimium aestimatae sint (46).

Maxima autem prohibitionis caussa esse videtur, quod Gallorum assecuratione amissi lucri praestatio non fiat. Sed sperati lucri assecuratio revera a principio, quo ea ad damni resarcitionem restringitur, non recedit. Supra vidimus, amisso sperato lucro, mercatori grave damnum inferri posse, et ex huius assecurationis natura patet, assecuratum lucrum non *imaginarium*, sed verum esse. Cum enim incertus suscepti negotii eventus mercaturae proprius sit, sperati lucri assecuratio lucrum illud, forte oriundum, certum non reddit, verum, si certum fuisset, contracta assecuratio valet. Hoc igitur casu si merces pereunt vel damno minuuntur, eius effectus in restituendo lucro, ceteroquin certo, conspicui sunt; sic. v. gr. assecurator non promittit, merces 10 pro C lucro daturas esse, sed se tale lucrum praestiturum promittit, si illud felici adventu extitisset, casu autem maritimo amittatur. Haec conditio, cui assecuratio subiici-

(45) EMER. I. *Ch.* 9. *Sect.* 5. § 4. pag. 272.

(46) VALIN ad art. 8. l. ant. N. VALIN ad art. 336 pag 406. — *Guidon de la mer.* 2. art. 13.

citur, eam cum mercaturae natura in consonantiam redigit, adeo ut nec rei naturae nec legum sanctitati repugnare existimanda sit.

E dictis consequens est, ut sperati lucri assecuratio iterum rescindenda sit, si deinceps faciendi lucri occasionem non affuisse patet. Ut vero hac de re inter contrahentes constaret, mercium aestimatio semper esset facienda, non tantum si salvae vel damno affectae advenissent, verum etiam si omnino essent deperditae. Immo saepe fiat necesse est, ut assecuratio pro parte esset rescindenda, cum rarissime mercium lucrum plane cum lucro assecurato conveniret. Molestiae et incommoda, hinc certe oriunda, aeque assecuratori ac assecurato devitanda sunt. Ut igitur facilius res geratur, parum a strictioribus principii angustiis recedendum est et praemium, lucro non existente, assecuratori etiam concedendum videtur. Hac ratione saepe praemia accipiet assecurator, quamvis periculis omnino non subiectus fuerit. Sed, quae pro lucri sperati assecuratione solvenda erunt praemia, hinc quoque longe minoris erunt iis, quae pro mercium assecuratione erunt numeranda. Atque sic assecuratus, quos fortasse amittat nummos, ab alia etiam parte lucratur.

Quamvis pro rerum circumstantiis moderandae sint leges, quae sperati lucri assecurationem definiunt, illae tamen ex positis modo principiis derivandae videntur. Accurate igitur constitu-

en-

endum est, quo caſu amisſum, quod quis ſperaverat lucrum, ab asſecuratore ſit resarciendum, quidque iustum ſit in aestimando lucro mercium, quae locum deſtinationis non attingunt; in qua quidem aestimatione non tantum ipſarum mercium, verum etiam ratio habenda est temporis, quo, niſi periisſent, in locum destinationis esſent vectae. Maxime etiam ad rationem attendendum est, qua in resarciendo lucro amisſo verſari oportet (47).

§ 4.

*De asſecuratione pecuniae ſub bodemeriae vinculo commodatae.*

Cum ad tuendam asſecurationis naturam prohibenda ſint ea periculi obiecta, quae asſecuratoris damnum cum lucro asſecurati coniungant, merito leges asſecurari vetuerunt pecuniam *mutuo*

(47) E dictis ſatis videtur conſtare in damno reſarciendo non tantum ad definitam pro lucro ſperato ſummam attendi debere, ſed inprimis rationem habendam esſe lucri, quod ſalvis mercibus extitisſet. Sperati enim lucri damnum, quod asſecuratus patitur, ab hoc lucro pendet. Sed ſi lucrum, quod ſalvis mercibus extitisſet, definitam pro ſperato lucro ſummam excedit, eam tanquam terminum esſe, ultra quem asſecuratoris reſarcitio non extendenda est, facile intelligitur. Apud multas tamen gentes v. gr. apud Anglos, Hamburgos, et in patria quoque nostra adeo ab hoc principio recesſerant, ut in reſarciendo amisſo lucro pla-

*itto ſub bodemeriae vinculo acceptam.* Est enim bodemeria conventio, qua quis pecuniam mutuo dat, oppigneratis ſibi mercibus, navi vel eius armamentis ſimilibusve, eo pacto, ut, ſalva navi, ſors cum uſuris conventis restituatur, ea vero pereunte, nihil penitus debitum ſit.

Quamvis igitur bodemeria cum asſecuratione ſit coniunctisſima (48), exponenda tamen eius natura, nimium ab instituti ratione recesſisſe videremur, praeſertim cum ea res admodum difficilis et legibus patriis Gallicisque diverſisſima ſit. — E dictis autem ſatis patet, quid legislatores cum Gallos, tum patrios ad prohibendam asſecurationem pecuniae mutuo ſub bodemeriae vinculo acceptae, moverit (49). Commodatae pecuniae periculum commodatario non incumbit, adeoque asſecuratio illicitum ipſi lucrum af-

plane non quaereretur, num lucrum ſperatum, ſalvis mercibus, revera extitisſit. Quanta hinc differentia oriatur, facile videmus. Si v. gr. merces, quarum lucrum ſperatum pro 2000 fl. asſecuraretur, 1000 fl. lucrum tantum dedisſent, eae autem 50 pro C. damnum ſubeant, earum dominus damnum 50 pro C huius lucri (nempe 1000 fl.) ſentiat, necesſe est. Damni igitur reſarcitio 500 fl. praeſtatione perficitur, minime autem 1000 fl. Nunc enim ratio non habenda est ſummae definitae, quam mercator lucrari ſperaverat, ſed eius lucri, quod ſalvae merces in loco destinationis dedisſent. Cf. BENECKE I. *Kap.* 1. *Abſchn.* 10. pag. 137. ſeqq 168 ſeqq.

(48) *Expoſé des Motifs*, *par* M. CORVETTO, initio.

(49) C. C. art. 347. — Stat. Amſt. art. 21. et Ampl. 1756 eod. art. — Specim. I. art. 502.

afferret, cum, deperditis mercibus bodemeriae oppigneratis, a restituenda pecunia liberaretur. Si igitur asſecuratio ipſi licita esſet, commodatarius resarcitionem acciperet damni, quod commodans tulit, et acceptos ab asſecuratore nummos pro lucro haberet. Eiusmodi conventio non tantum aleae aequiparanda et asſecurationis nomine indigna esſet, verum etiam fraudi viam muniret (50).

Hac tamen prohibitione non omnes conventiones continentur, qua quis a restituenda pecunia ſub bodemeria accepta liberari posſit. Maevius v. gr. cum Sempronio, dato praemio, paciscitur, ut is Caio reddat pecuniae ſummam bodemeriae oppigneratam, eo caſu, quo ipſe Maevius eam restituere teneatur. In hac conventione omnia asſecurationis requiſita adesſe videntur; Maevius enim non tantum mercium periculo ſubiectus est, ſed praemium quoque Sempronio promiſit. — Negari non posſe videtur, hanc conventionem non ad avertendum damnum, ſed lucri causſa esſe contractam; namque ſi Maevius ſine damno in locum destinatum vehitur, non ipſe, ſed Sempronius bodemeriae oppigneratos nummos reddit, ipſe autem, ſoluta pecuniae ſumma, liberatur. Illicita tamen haec conventio mihi non videtur. Quod enim asſecu-

(50) POTHIER. n°. 31. — EMER. I. *Ch.* 8, *Sect.* II, § I, pag. 236.

curatio in damno resarciendo tantum versari dicatur, illud inter assecuratorem et assecuratum obtinet, ne quis rem assecurari iubeat, periculo non subiectam; eoque magis huic principio adhaerent leges, quia contra fallaciam et fraudes optimum praesidium praebet. Exemplo autem proposito Maevii fraudes non videntur metuendae, cum illius intersit, itineris cursum sine damno ad finem perduci (51).

Cum igitur pecuniae sub bodemeriae vinculo commodatae periculum commodantis sit, commodanti etiam huius pecuniae assecuratio iure Gallico atque patrio concessa est. Fuerunt tamen Icti, qui hanc assecurationem non admittendam esse contenderent (52); commodanti enim praemia, quae legales usuras excedunt, stipulari licet, quia maris pericula etiam suscepit, adeoque ab usuraria pravitate reprobandam dicunt assecurationem, quae commodantem contra maris pericula tuetur. Cum vero, (quod deinceps de reassecuratione monebimus), assecuratori contractam assecurationem alterius periculo committere liceat, nulla ratio est, quare ea commodanti interdiceretur, qui quodammodo assecurator dici potest. — Talis assecuratio nullo etiam respectu commoda-

(51) PARDESSUS, II. II. n°. 843.
(52) POUGET, cf. EMER II. pag. 237.

datario noxia est, verum utilis potius dicenda, quod ad minuenda bodemeriae praemia non parum conferat.

Cum igitur huius asſecurationis manifesta ſit utilitas, leges ubivis eam permiserunt, hac tamen differentia, ut apud alios praemia bodemeriae hac asſecuratione comprehendi posſint, apud alios ab ea excipiantur. Sic legislatores Gallici, ut fraudes eo magis averterent, frustra renitente Tribunali Nannetenſi (53), antiquae legis prohibitionem ſanciverunt. Statutis tamen patriis et ſpecimine laudato haec praemii asſecuratio etiam permittitur (54).

Ex iis, quae de periculi obiectis dicta ſunt, ſatis ſuperque vidimus, asſecurationem in reſarciendo damno verſari. Omnia fere legum praecepta hoc principio nituntur, illudque communi auctorum conſenſu prima habetur interpretationis regula. Quantum vero in ipſius principii applicatione leges Gallicae a iure patrio differant, ſatis docent prohibita ab illis periculi obiecta, quae apud nostrates licita ſunt. Haec diverſitas ex ipſius regulae intellectu videtur derivanda, quam Galli ad damnum, quod revera inducitur, restringunt (55). In patria au-

(53) LOCRÉ, ad art. 347. pag. 11. — *Analyſe Raiſ.* etc. II.

(54) Stat. Amſt 19, 20, 21. et Ampl. 1756. ad art. 21. VAN DER KEESSEL, th. 717. n°. 6.

(55) POTHIER. n°. 31, 35. — EMER. I. *Ch.* 1, *Sect.* 4, pag. 14; eoque ſenſu accurate dixit TARGA: *In materia d'asſicura-* zi-

autem, ubi commerciorum frequentia latiores limites exigere videbatur, amisſi lucri damnum ad eam retulerunt. Facile diverſa haec regulae interpretatio, comparatis utriusque regionis legibus, intelligitur, imprimis inſtituto rerum examine, quas asſecuratoris periculo ſubiici posſe vidimus. — Antequam autem ad recenſenda ipſa maris pericula transeam, paucis agendum erit de praemii asſecuratione et de reasſecuratione, quae arctisſime cum re nostra cohaerent.

## § 5.

### *De asſecuratione praemii.*

Asſecuratio praemii ea est, qua asſecuratus, promisſo altero praemio, cum asſecuratore quodam paciscitur, ut prius praemium restituat, ſi navis vel merces pereunt. Si igitur iis adhaeremus, quae de periculi obiecto maris discrimini expoſito disputata ſunt, haec praemii asſecuratio cum principiis nostris in conſonantiam redigi non posſet. Stipulatum enim inter contrahentes praemium res certa est, quae iure irrevocabili ad asſecuratorem pertinet. Sed, etiamſi asſecuratus, deperditis mercibus, damni reſar-

*zione, ſi hà risguardo al puro danno, non all'utile, che ſi perde.*

ſarcitionem ab asſecuratore recipiat, praemio tamen ſolvendo fieri potest, ut ex ſuscepto negotio grave damnum oriatur. Illudque in Gallia gravisſimum esſe potest, cum asſecuratus legis prohibitione ab asſecurando lucro ſperato arceatur. Felici autem rerum eventu asſecurati commoda praemium adeo excedere posſunt, ut facile pro hac asſecuratione alterum praemium ſolvere conſentiat.

Haec inter utrumque caſum diverſitas facile legislatores permovit, ut mercaturae favore principii rigorem mitigarent. Praemii igitur asſecuratio iure patrio (56) et Gallico erat permisſa, eademque conſtitutio codice Gallico Art°. 342 continetur. Lex autem antiqua in concedenda hac asſecuratione adeo videtur disposita, ut non niſi cum alio asſecuratore de asſecurando prioris asſecurationis praemio convenire liceat (57); uſu tamen invaluit, ut duplex haec

(56) De Iure patrio cf. Stat. Amſt. art. 22. V. D. KEESSEL th. 717, n°. 3 et leges ibi ll.

Speciminis laud. auctores nullam huius asſecurationis mentionem fecisſe, adeoque ſecundum legis verba hanc asſecurationem non admiſisſe videntur; generali enim regula asſecurari permittunt *alle belangen; welke op geld waardeerbaar en aan gevaren onderworpen zijn.* Cum igitur praemium periculo non ſit ſubiectum, conſequens est, ut asſecurari nequeat. Dubito tamen, num ea fuerit virorum gravisſimorum ſententia, quippe quae iuri patrio et aequitati videatur contraria.

(57) Art 20, legis antiquae, quem ita intellexit POTHIERIUS n° 34. — EMER. I. *Ch.* 8. *Sect.* 12. § 2.

haec asſecuratio cum eadem asſecuratoris perſona contrahatur, eique nulla iuris ratio repugnat.

Eadem ratione, qua duae hic adſunt asſecurationes, a ſe invicem diverſae, plures etiam contrahi posſunt. Asſecuratus enim asſecuratori praemium praemii ſecundi contractus, atque ita ſuccedentium contractuum committere potest, adeo ut tandem asſecuratus, ſi pereant merces, plenam habeat damni resarcitionem; ſi ſalvae ſunt, praemium cum praemiorum praemiis ſolvere teneatur (58).

Haec asſecuratio praemii cum praemiorum praemiis inprimis frequentatur, quando praemia magno pretio ſtant, vel belli tempore augentur. Uſu autem receptum videtur, ut ea apud unum eundemque asſecuratorem fiat (59), quod prima ſpecie asſecurationis naturae contrarium videtur. Quamvis enim praemium ad contractus validitatem necesſarium ſit, asſecurator tamen, ſi res pereunt, praemium non accipiet.

(58) Vide exemplum apud PARD. ll. II N°. 839. — Haec praemii cum praemiorum praemiis asſecuratio apud Gallos clauſula continetur: *Nous vous permettons de vous faire assurer en entier les primes et les primes des primes;* in quorum verborum interpretatione uſu maxime venit regula VALINI: *pour juger de la force et du sens des clauses des contrats appartenants au commerce, il faut plutôt s'en tenir à l'uſage, que s'attacher à la ſignification des mots pris littéralement et ſuivant les règles de la grammaire.* N. VALIN. pag. 434.

(59) ESTRANGIN ad POTH. n°. 34.

piet. Cum igitur periculi pretium non adſit, contractus ſua natura *onerofus*, hac ſtipulatione *gratuitus* fieri videretur.

In diiudicanda igitur hac asſecuratione tenendum est, eam plures, easque diverſas asſecurationes continere. Si licitum asſecurato est cum alio asſecuratore conventiones illas inire, nihil obſtat, quo minus ita cum uno eodemque asſecuratore paciscatur. Plures enim mercatura caſus offert, in quibus una eademque perſona diverſis muneribus fungitur (60). Sic v. gr. trasſans ſibi ipſe literas cambiales inſcribit; eaque perſonarum, quae dicitur, conduplicatio, tum demum prohibita existimanda est, ſi in fraudem legis contractuum formam vel indolem occultat.

## § 6.

### *De reasſecuratione.*

Ex iis, quae de asſecurationis natura expoſuimus, notisſimum est, asſecuratione non extingui pericula, ſed ab uno in alterum transferri. Ipſa igitur asſecuratio asſecuratori periculoſa res est, cuius tanti illius interest, quanta ſit, deducto praemio, asſecurata pecuniae ſum-

(60) EMER. *Ch.* 8, *Sect.* 12, § 2 et *Sect.* 13.

ſumma; atque hanc ob cauſſam asſecuratio alteri asſecuratori committi poteſt.

Paucis igitur videndum de asſecuratione, *tanquam licito asſecurationis* (quae vulgo *reasſecuratio* dicitur), *obiecto*. Reasſecurator reſpectu prioris asſecuratoris eandem perſonam ſuſtinet, quam hic erga ipſum asſecuratum ſusceppit. Haec tamen reasſecuratio prioris obligationis vinculum nullo modo immutat, ſed ea, asſecurati ratione habita, non adesſe existimanda eſt. Illata igitur damna asſecurator asſecurato reſtituere tenetur, etiamſi reasſecurator ſolvendo impar fiat; et fruſtra asſecuratus reasſecuratorem compellit, ſi asſecurator ſolvendo non eſt. Immo in reasſecurata pecuniae ſumma, quam reasſecurator asſecuratori ſolvendo impari ſolvere tenetur, asſecuratus nullo privilegio gaudet, ſed eodem iure, quo ceteri creditores, uti cenſetur (61). — Quamvis autem nulla ſit inter primum asſecuratum et reasſecuratorem necesſitas, haec asſecuratio inter asſecuratorem et asſecuratum contrahi nequit. Talis enim conventio, licet etiam asſecurationis formam haberet, revera prioris contractus esſet rescisſio.

Leges Gallicae et laudati ſpeciminis conſtitutio, quae reasſecurationem permiſerunt, absque

(61) EMER. I. *Ch.* 8. *Sect* 14. POTHIER n°. 96.

que ulla diſtinctione res asſecuratas reasſecurari concedunt (62). VALINUS tamen ab earum valore deducendum contendit praemium; quippe quod quocunque rerum eventu, asſecuratori acquiſitum, adeoque periculis expoſitum non est. Sed uſu contraria ratio invaluit, neque ipſae leges hanc distinctionem fecisſe videntur. In genere enim de omnibus rebus asſecuratis leges loquuntur, et asſecurator, qui ab una parte asſecurationis praemium recipit, ab altera etiam reasſecuratori praemium ſolvere tenetur. Legibus autem cum Gallicis, tum in ſpecimine laudato propoſitis additur, praemium reasſecurationis ſtipulari ſibi licere, quod asſecurationis praemium excedit vel eo tenuius est. Quamvis enim lucrum, quod asſecurator, ſtipulato minori reasſecurationis praemio, ſibi comparat, asſecurationis principia non laedat, legislator tamen additis hisce verbis errores avertere voluisſe cenſendus est.

(62) Lex ant. Art. 10. — C. C. Art. 342. — Spec. l. Art. 524.

CA-

## CAPUT TERTIUM.

### DE PERICULIS.

Hactenus ex ipſa asſecurationis indole iura atque obligationes derivavimus, quae inter contrahentes intercedunt, et vidimus, quibusnam rebus asſecuratio maxime inſerviat. Conſideranda nunc erunt pericula, quae asſecurator in ſe ſuſcepit, quaeque, gravitatis et incerti eventus ratione habita, praemii aeſtimationem regunt. Nobis igitur non ea tantum recenſenda pericula, quae a mari imminentur, verum omnia omnino incommoda, quibus asſecurata res in itinere expoſita est (1). Eorum autem tanta est copia atque diverſitas, ut TACITUS dicere non dubitaverit, nihil fortuitorum tam capax esſe, quam mare (2). Tempestates enim atque ſcopuli, navigii ex vetustate disſolutio, piratarum vel hostium incurſus, inopinata commerciorum interdictio, aliique eiusmodi caſus damna inferre ſolent. Leges autem vel ipſa initae asſecurationis polizza definit, num asſecurator omnia illa pericula vel nonnulla tan-

(1) l. 2. C. de naut. foen. — Accurate TARGA, Cap. 25, n°. 2: *Ogni ſinistro, che occorra in mare o da mare.*

(2) Ann. XIV. Cap. 3.

tantum ſuſceperit. Cum vero asſecuratus rem ſuam itineri commisſam omnibus periculis liberam esſe cupiat, asſecuratio etiam, niſi conditione reſtringatur, omnia omnino pericula continet. Sed rei natura itidem docet, asſecurationem ea non cavere damna, quae ipſius asſecurati negligentia vel fraudibus oriuntur, vel eorum, qui ex eius mandato agunt, neque ea, quae ex interna rei depravatione profluisſe existimantur.

Plerarumque gentium leges, ſtatuta etiam patria et laudati ſpeciminis conſtitutio asſecurationi eam dederunt latitudinem, quam rei natura praeſcripſisſe videtur. Aliis tamen legibus, v. gr. Gallicis, negligentia atque fraudes navarchi et nautarum ipſo iure ad asſecuratoris pericula non referuntur; quippe qui quodammodo ſaltem ex asſecurati mandato agere videantur (3). Sed addita conditione, haec quoque pericula asſecuratori imponi posſe, ipſae leges confirmant.

Lex Gallica, postquam notisſima enumeravit pericula, quae cum ab ipſo mari, tum ab aliis causſis procedunt, tandem generali regula asſecuratori omnia imponit maris infortunia (art. 350). Haec autem omnia comprehendunt damna, quae caſu fortuito per ipſam navigationem existunt, exceptis tamen iis, quae navarcho vel nautis imputanda ſunt (4). Sed in

(3) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect* 2. § 2.

(4) EMER. I. *Ch.* 12. prooem. pag. 359.

in iure patrio et laudato ſpecimine haec quoque *fortuitorum* nomine continentur (5).

Super est etiamnum in ſpeciminis conſtitutione et polizzis nostris clauſula, qua omnia pericula ſolita vel inſolita, cogitata vel incogitata ad asſecuratorem referuntur (6). Ea autem ab antiquorum ſcriptorum ſententia videtur derivanda, qua inſolita vel incogitata pericula asſecuratione non complecti ſtatuebant (7). Perverſa tamen haec ſententia deinceps evanuit, cum, quae enumerata vel proviſa non erant pericula, in genere tamen cogitata esſent.

Pro diverſis contrahentium commodis haec as-

(5) DE GROOT *Inl.* III. 24. § 7. VAN DER KEESSEL th. 745, 746 et ſtatuta ibi laudata, quae nonnullas continent exceptiones, de quibus dein erit videndum Sectionis I. §° 2.

Spec. Art°. 539 dicitur. *Voor rekening van den asſuradeur zijn alle verliezen en ſchade, die aan de verzekerde voorwerpen overkomen door ſtorm, ſchipbreuk, ſtranden, overzeiling, gedwongene verandering van cours, van de reize of van het ſchip, door het werpen van goederen over boord, door brand of onregtvaardig geweld, overſtrooming, neming, kapers, roovers, aanhouding op last van hooger hand, verklaring van oorlog, represaille, alle ſchade door nalatigheid, verzuim of ſchelmerij van den ſchipper of ſcheepsgezellen, en in het algemeen door alle van buiten aankomende onheilen, hoe ook genaamd, bedacht of onbedacht, gewoon of ongewoon, ten zij uit den aard der zake, door de bepaling der wet, of door beding bij de polis de asſuradeur aan het loopen der riſico van eenige dezer gevaren niet onderworpen is.*

(6) Vide polizzam Soc. Asſ Holl.

(7) CASAR. Disc. 1. n°. 56 et 149. aliique.

asſecuratio addita clauſula restringi vel ad alia quoque pericula extendi ſolet. Magnopere igitur interest, deſinitas ipſis ſubiecisſe notiones, ne in investiganda damni dati origine aliquid periculo tribuatur, ab asſecuratore ſuscepto, etiamſi detrimenti alia causſa fuerit. Cum vero asſecuratio, qualis ea lege conſtituitur, interdum asſecurati propoſito non ſufficiat, ſed clauſulis dilatetur, prima capitis ſectione de illis periculis agere conſtitui, quae ipſo iure ad asſecurationem non referuntur. Altera autem ea recenſenda erunt maris pericula, quae ipſo iure asſecurationi ſubiecta ſunt.

Si de periculis loquor, quibus asſecurator ſive ex additis contractui clauſulis ſive ipſa lege ſubiicitur, facile intelligimus, impenſas quoque, quae ex his periculis oriuntur, ab asſecuratore reſtituendas esſe. Quamvis igitur ad inſtituti nostri rationem damni resarcitio non pertineat, memoranda tamen differentia est, quae inter iura patria ac Gallica obtinet. — Pecuniae, quae, illato damno maritimo, ad res conſervandas necesſariae ſunt, plerumque navi reficiendae ac purgandis et emendandis mercibus impenduntur, vel ſi ſumtus ad reparanda damna ſiunt, quae ab hoste inferuntur, ex redemtione, recuperatione vel navis vindiciis existere ſolent. Cum vero facile fieri posſit, ut impenſae in rem quandam factae, asſecuratam ſummam excurrant, quaeritur, num asſecurator

ea

ea etiam reſtituere teneatur, quae rei aſſecuratae valorem excedunt. Apud nostrates géneraliter receptum fuisſe videtur, ut aſſecuratores, addita polizzae clauſula, omnes praeſtarent, quae ad navem mercesve ſervandas fierent, impenſas, ſive ipſis damnoſae ſive utiles fuisſent. Eadem clauſula in nonnullis Galliae emporiis (Burdegaliis, Nannetis et Rotomagi) (8) erat recepta, quamvis leges, cum antiquae (9), tum quae hodie vigent (10), ad rei aſſecuratae valorem tantum factas impenſas reſarciendas esſe ſtatuant. Cum vero haec legum Gallicarum conſtitutio fini aſſecurationi propoſito, aequitati ac ipſius aſſecuratoris commodo contraria videatur, a ſpeciminis nostri auctoribus non confirmata est (art. 570).

### *SECTIO PRIMA.*

#### DE PERICULIS, QUAE IPSO IURE AD ASSECURATIONEM NON REFERUNTUR.

#### § 1.

#### *De damnis, quae aſſecurato imputanda ſunt.*

Damna, quorum ipſe aſſecuratus auctor est, extra aſſecurationis terminos esſe poſita, et rei na-

(8) BENECKE III. *Kap.* II, *Abſchn.* 7.
(9) Lex ant. Art. 45 et 51.
(10) C. C. Art. 381. 388.

asſecuratio addita clauſula restringi vel ad alia quoque pericula extendi ſolet. Magnopere igitur interest, deſinitas ipſis ſubiecisſe notiones, ne in investiganda damni dati origine aliquid periculo tribuatur, ab asſecuratore ſuscepto, etiamſi detrimenti alia causſa fuerit. Cum vero asſecuratio, qualis ea lege conſtituitur, interdum asſecurati propoſito non ſufficiat, ſed clauſulis dilatetur, prima capitis ſectione de illis periculis agere conſtitui, quae ipſo iure ad asſecurationem non referuntur. Altera autem ea recenſenda erunt maris pericula, quae ipſo iure asſecurationi ſubiecta ſunt.

Si de periculis loquor, quibus asſecurator ſive ex additis contractui clauſulis ſive ipſa lege ſubiicitur, facile intelligimus, impenſas quoque, quae ex his periculis oriuntur, ab asſecuratore reſtituendas esſe. Quamvis igitur ad inſtituti nostri rationem damni resarcitio non pertineat, memoranda tamen differentia est, quae inter iura patria ac Gallica obtinet. — Pecuniae, quae, illato damno maritimo, ad res conſervandas necesſariae ſunt, plerumque navi reficiendae ac purgandis et emendandis mercibus impenduntur, vel ſi ſumtus ad reparanda damna ſiunt, quae ab hoste inferuntur, ex redemtione, recuperatione vel navis vindiciis existere ſolent. Cum vero facile fieri posſit, ut impenſae in rem quandam factae, asſecuratam ſummam excurrant, quaeritur, num asſecurator

ea

ea etiam restituere teneatur, quae rei assecuratae valorem excedunt. Apud nostrates generaliter receptum fuisse videtur, ut assecuratores, addita polizzae clausula, omnes praestarent, quae ad navem mercesve servandas fierent, impensas, sive ipsis damnosae sive utiles fuissent. Eadem clausula in nonnullis Galliae emporiis (Burdegaliis, Nannetis et Rotomagi) (8) erat recepta, quamvis leges, cum antiquae (9), tum quae hodie vigent (10), ad rei assecuratae valorem tantum factas impensas resarciendas esse statuant. Cum vero haec legum Gallicarum constitutio fini assecurationi proposito, aequitati ac ipsius assecuratoris commodo contraria videatur, a speciminis nostri auctoribus non confirmata est (art. 570).

## *SECTIO PRIMA.*

### DE PERICULIS, QUAE IPSO IURE AD ASSECURATIONEM NON REFERUNTUR.

### § 1.

### *De damnis, quae assecurato imputanda sunt.*

Damna, quorum ipse assecuratus auctor est, extra assecurationis terminos esse posita, et rei na-

(8) BENECKE III. *Kap.* II, *Abschn.* 7.
(9) Lex ant. Art. 45 et 51.
(10) C. C. Art. 381. 388.

natura docet, et leges confirmant (11). Illicita igitur et asſecurationis nomine indigna esſet conventio, qua quis alicui de factis reſpondeat, quae perpetrare vel omittere posſet, prout eius commodum iubere videretur. Talis enim asſecuratio ad tegendas fraudes esſet contracta, adeoque iuris regulae repugnaret, qua nulla pactione effici posſe dicitur, ne dolus praeſtetur (12). — Cavendum tamen ne nimium haec regula extendatur. Quamvis enim valeat de asſecuratione, qua incognita vel nondum commisſa facta ſuſcipit asſecurator, alia tamen ratio est, ſi de facti cuiusdam conſequentiis asſecuratio contrahatur. Si quis v. gr. liberi tranſitus diplomate navem mercesve munire neglexerat, huiusce negligentiae ſequelas addita clauſula certe asſecuratoris periculo committere posſet (15).

Cum asſecurato ea tribuenda ſint facta, quae ab eius mandatariis perpetrantur, haec quoque asſecuratoris periculo non ſubiecta ſunt. Immo VALINUS gesta ab iis, qui asſecurati perſonam ſuſtinent, ne addita quidem clauſula ad asſecurationem referri posſe ſtatuit (14). Miti-

(11) C. d. C. Art. 351.

(12) l. 27. § 3. ff. de pactis. — EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 2. § 1. et Auct. ibi ll.

(13) BENECKE. III. *Kap.* II. *Abſchn.* 1. pag. 197.

(14) VALIN ad art. 27. leg. ant. N. VALIN ad art. 351 pag. 476.

tior tamen aliis placuit ſententia, eamque leges Gallicae confirmant, quae navarchi et nautarum facta asſecurationi committere permiſerunt (15).

Si igitur facta, navarcho vel nautis imputanda, asſecuratoris periculo etiam ſubiecta ſunt, aliqua adhibenda est distinctio, cum navarchus interdum duplici munere fungatur. Namque ſi praeter navis gubernationem ipſi quoque mercium cura demandata est, revera tanquam *Cargador* asſecurati perſonam ſuſtinet. Cum vero qua talis navem oneret vel exoneret, atque emendo vendendo pro rerum domino agat, certe asſecuratio ad haec pericula extendi nequit. Accurate igitur distinguendum videtur inter duplicem navarchi perſonam, ut, ſi damnum illatum ſit, illud pro diverſa cauſſa rerum dominis vel asſecuratori tribuatur (16).

Saepe etiam, qui mercium curam gerit, navarchus vel gubernator ordine ſecundus dicitur; quod cum nullam inducat differentiam, facile patet, illum pro *Cargadore* habendum esſe, quamvis eius nomine non inſigniatur. Cum igitur ipſius iusſu itineris curſum mutant, illud mercium cauſſa factum fuisſe existimandum est. Atque ſic quidem asſecuratus ope manda-

ta-

(15) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 2 § 2.
(16) CASAR. Disc. 1. n°. 75, 76. — EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 3.

tarii asſecuratoris periculo finem impoſuiſſe intelligitur (17).

Quod ad probandi damni rationem attinet, eadem hic valent principia, quae ſupra expoſuimus. Satis est asſecuratum rei asſecuratae illatum damnum probasſe; asſecurator autem, qui detrimenta facto asſecurati tribuenda esſe contendit, exceptione utitur, quae argumentorum pondere probanda est (18). — Ut vero asſecurator a damni reſarcitione liberetur, necesſarium non est, ut rerum interitus vel damnum facto asſecurati contigerit, ſed ſufficit, ut vel ipſius vel mandatarii facto aliquid commisſum ſit, unde mala illa profluere potuisſent (19).

§ 2.

*De Barateria.*

Cum asſecuratus, contrahenda asſecuratione, illud agat, ut periculis, quae rebus ſuis imminent, ſeſe liberet, ab asſecurationis natura certe non videtur alienum, negligentiam et fraudes

(17) BENECKE. III. pag. 199.

(18) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 2. § 4.

(19) Vide ſupra Cap. 1. § 4. — POTHIER n°. 68. *Les assureurs ne sont pas tenus des risques, l'orsqu'on s'est écarté de ce qui est porté par la police, si ce n'est de leur consentement ou en cas de necessité.* EMER. II. § 3.

des navarchi et nautarum, quae *barateriae* (20) nomine comprehenduntur, ipsi subiicere. Hae enim adeo variae et graves sunt, ut assecurati magnopere intersit, illas inita assecuratione avertere. Quamvis autem navarchus oneratori et exercitori rationes reddere debeat, et ipse exercitor navarchi actionibus oneratori obligatus sit, huic tamen ea assecuratio summi momenti censenda est. Plerumque enim difficile vel inutile est, navarchum ad damni resarcitionem convenisse; et omnium fere populorum legibus receptum est, ut exercitoris obligatio praestando navis pretio cesset (21).

Si quaeritur, quid leges de barateria statuant, apud plerasque gentes maximam diversitatem deprehendimus. Utilissima igitur huius rei disquisitio esset, cum ex hac dissensione saepe errores profluant (22). Sed, cum illud ab instituti nostri ratione deflectat, ad Gallicas et patrias leges nostra disputatio restringenda videtur.

Cum barateria ad ea pericula pertineat, quae na-

(20) De huius vocis Etymologia vide EMER. I, *Ch.* 12. *Sect.* 8. § 1. et Auct. ibi ll.

(21) BENECKE, III, *Kap* II, *Afschn.* 2. pag 207.

(22) Sic v. gr. Angli, licet eadem formula utantur, qua nos (*the barratry of the master and mariners*), longe aliam tamen significationem ei tribuunt. Barateria enim apud eos fraudes tantum continet, quas navarchus vel nautae contra exercitores committunt. Cf. BENECKE pag 214. seqq.

navigationi coniunctisſima ſunt, antiquisſimae Gallorum leges eam ad asſecurationem retulerant (23). Cum vero hoc tempore alia esſent ſtatuta, quae eam omnino asſecurari prohiberent, antiquae legis ſcriptores mediam viam ingrediendam esſe ſtatuerunt. Hanc igitur ob causſam barateriam asſecuratori non ſubiecerunt, ſed contrahentibus concedunt, eam, addita clauſula, asſecuratoris periculo committere. Codicis autem auctores, antiquam legem ſecuti, eadem ratione barateriam patroni ad asſecurationem referre permiſerunt (art. 353).

Haec igitur clauſula apud Gallos omnes omnino navarchi et nautarum fraudes, imprudentiam, negligentiam et imperitiam comprehendit (24). Cumque leges patriae, quae deinceps erunt memorandae, eandem barateriae tribuant ſignificationem, paucis nunc videamus, quando navarchus vel nautae eam commiſisſe cenſendi ſint. — Inſignes, quae nonnunquam a navarcho committuntur, fraudes ſunt, ſi navem ſibi vindicat et merces furatur; ſi auctoritate ſua, nullaque exercitoris vel oneratoris ratione habita

(23) GUIDON DE LA MER, *Ch* 5. Art. 6. — *Ch.* 9. Art. 12 et 8.

(24) *Ces termes de Baraterie du Patron comprènnent toutes les espèces tant de dol que de simple imprudence, défaut de soins et imperitie tant du patron, que des gens de l'équipage.* VALIN ad Art. 28. leg. ant. N. VALIN ad Art. 353. pag. 483. EMER. II. § 2.

tà, merces vectigali ſubiectas furtim importat, ſi a curſu deflectit et alia litora petit, unde arresta et alia eiusmodi incommoda profluere posſunt. Huc referendum etiam navarchi facinus, ſi accepta pecuniae ſumma navem mercesve hosti tradidit; ſi datá opera navem perdidit vel ſaxis iniecit, ut merces inde deductas ſibi vindicaret. Omnis tandem mala fides in adminiſtrandis navi et mercibus, quam contra exercitorem et oneratorem navarchus committit, barateriae nomine continetur.

In vitiis autem et erroribus, culpa admisſis, eadem diverſitas, quae in ipſis navarchi officiis, obtinet. Ipſi navis gubernatio et mercium cura incumbit, navem nautarum copia ceterisque armamentis inſtruere, et, niſi ventorum reflatu impediatur, vela pandere et data occaſione frui tenetur. Quae ex officiorum inobſervantia derivantur vitia, eiusmodi v. c. esſe posſunt, ſi navarchus vel navem defenſioni aptam ignave hosti vel piratis tradidit, vel ſi temere pugna navali experitur, cum fugam capere posſet; ſic etiam, ſi neutrales, quae dicuntur, merces facto ſuo reddidit ſuspectas, vel, ſi, dum arresto detineantur, necesſaria ad earum liberationem auxilia non impertiit. Generatim hoc nomine ad asſecuratorem omnia detrimenta pertinent, quae ex navarchi ignorantia, imprudentia et imperitia profluunt.

Si navarchus, nulla necesſitate coactus, ab

exercitoris mandato recedit, barateriam committit, etiamsi domini commoda promovere voluisset. Si v. gr., navi portum destinatum praetervecta, navarchus in alio emporio merces exonerat, mandati limites certe excessit. Assecuratores igitur, qui patroni barateriam susceperunt, damna restituere tenentur, quae in mutato illo itineris cursu accidunt; eandemque ob caussam praemium ad assecuratorem pertinet, quamvis illud pro hoc itinere non promisisset.

Ex iis, quae de barateria diximus, facile patet, quam difficile saepe sit, veram detrimenti caussam a ficta internoscere. Saepe enim accidit, ut, quae a navarcho committuntur vitia, aliis caussis tribuantur. Sed huius rei tractatio adeo cum navarchi officiis et diversis locorum consuetudinibus cohaeret, ut ad rem nostram pertinere non videatur (25).

Ad notionem vero barateriae non solum navarchi, verum etiam nautarum fraudes et negligentia referuntur. Clausula igitur *Baraterie du Patron* utrumque continet, quamvis de u-

(25) Exemplum habemus in Conf. Maris, Cap. 65 et 66. Si murum corrosione damnum mercibus importatum erat, navarchus illud resarcire tenetatur, nisi felem navi imposuisset (eadem ratione, qua fullo tenetur, si mures vestimenta roserint in l. 13 § 6. D. locati); excusatur, autem, si felem in navi habuit, quae in itineris cursu erat demortua etc.

Vide BÖHMER, de discrimine tempestatis maritimae ad L. XIV. ff. tit. 2. Exerc. 49. § 30.

uno tantum patrono loquatur. — Maxima detrimenta, quibus nautae caussam dare solent, ex eorum rebellione vel desertione profluunt (26). EMERIGONUS autem (27) duas facit rebellionis species et a proprie sic dicta rebellione eam distinguit, quae ex metu hostium vel instantis alicuius mali oritur. Hanc rebellionis speciem assecuratione semper comprehendi contendit, illudque multis rebus iudicatis confirmat. Ea autem rebellio, quae talem caussam non habet, tum demum assecuratoris periculo subiicitur, si assecuratio cum barateriae clausula contracta est.

Cum nulla pactione effici possit, ne dolus praestetur, vix est quod moneam, navarchum imperitiam vel negligentiam et fraudes, quas ipse committat, assecurationi committere non posse. Sed navarcho licitum est, nautarum barateriam assecurari iubere (28).

Clausula, qua barateria Patroni ab assecuratore suscipitur, apud Gallos adeo frequens est, ut multis in locis v. g. Rotomagi, Nannetis, Burdegaliis, typis exprimatur. Haec tamen, si typis expressa est, secundum EMERIGONI sententiam (29) non continet barateriam navarchi, quem ipse exercitor elegit et navi praeposuit. Ita

(26) N VALIN. II. pag. 432.
(27) I. *Ch.* 12, *Sect.* 7.
(28) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 3. pag. 371.
(29) *Ch.* 12. *Sect.* 3. pag. 368.

Ita enim iura asſecuratoris et asſecurati in circulum verti contendit, atque adeo asſecurator ab ipſo exercitore asſecurato damnum repetere posſet. Sed, quod EMERIGONUS clauſulae typis expresſae denegat, illud ipſi concesſit, ſi literis polizzae adſcripta esſet. Cum vero huius distinctionis causſa mihi non ſatis perſpicua ſit, et verba eandem habeant ſignificationem ſive typis ſive ſcriptis exprimantur, una quoque eademque ratione haec clauſula nobis interpretanda videtur. Hac igitur clauſula navarchi barateriam contineri existimo, etiamſi ipſe exercitor illum elegerit. Illud enim fieri posſe EMERIGONUS affirmat, atque ſic asſecurator iuri renuntiasſe cenſendus est, quo propter navarchi vitia exercitori actionem intendere posſet.

Apud nostrates antiquitus nequitia et negligentia tam navarchi, quam nautarum, asſecuratione continebantur (30). Progresſu autem temporis leges latae ſunt, quibus generalis illa regula restricta atque moderata est. Amſtaelodami *mercium* asſecuratione navarchi et nautarum fraudes atque negligentia continebantur. Sed, ſi *navis* asſecuraretur, fraudes a navarcho commisſae ab asſecuratione exſulabant, adeo ut navarchi tantum negligentia, nautarum autem et negligentia et fraudes asſecurationi committi po-

(30) DE GROOT, *Inl.* III. 24. § 8.

potuerint (31). — Leges Roterodamenſes asſecuratoris periculo damna esſe ſtatuunt, quae ex mala fide, imperitia et negligentia cum navarchi, tum nautarum metuuntur. Prohibetur tamen Art°. 43, ne exercitores asſecurationem contrahant contra dolum navarchi, quem ipſi navi praefecerunt. In hoc igitur caſu navarchi imperitiam atque negligentiam, nautarum autem et ſcelera et negligentiam asſecuratio continet.

Utriusque conſtitutionis, cum quae Amſtaelodami, tum quae Roterodami viguit, ſatis aperta atque manifesta ratio est. Inprimis autem ea lex, qua navarchi, ab ipſis exercitoribus electi, fraudes ab asſecuratione arcentur, rei naturae admodum convenire videtur; quippe ita non paucae fraudes avertantur et ipſi exercitores in eligendo navarcho prudentes esſe cogantur.

Speciminis laudati auctores barateriae asſecurationem in genere permiſerunt, additis tamen exceptionibus, quas ex iure patrio, ſupra memorato, deſumſisſe videntur. Navis enim et nauli asſecurationi navarchi fraudes ipſo iure non ſubiiciuntur, ſed addita conditione, ad eam refer-

(31) Ipſae leges hac de re tacent, ſed vide polizzae formulas. *Handv. van Amſt. Tweede vervolg.* — V. D. KEESSEL, th. 745. BYNK. Q. I. Priv. Lib. IV. Cap. 4. pag. 553.

ferri posſunt. Expresſe autem prohibetur, navarchi fraudes asſecurationi committere, ſi navarchus navis etiam exercitor est. Eademque ratione barateria non continentur fraudes navarchi in asſecuratione mercium, quae ab ipſis exercitoribus navi impoſitae ſunt (32).

§ 3.

(32) Art. 541, 542. Laudati Speciminis articuli, ni fallor, obſcuritate laborant, mihique alium ordinem et diſpoſitionem deſiderare videntur. Dicitur autem Art°. 541. *In eene verzekering op het casco of de kiel van het ſchip, en de vrachtpenningen, is de asſuradeur ongehouden de ſchade te betalen, door de ſchelmerij van den ſchipper veroorzaakt, al is de ſchipper geen eigenaar van het ſchip, ten zij het anders bij de polis is bedongen;* at ſequitur: *zoo de ſchipper nogtans geen eigenaar van het ſchip is, ſtaat het de eigenaars vrij om het tegendeel te bedingen.* Ergo ſuas ipſe fraudes asſecuratoris periculo asſecuratus committere non potest; res ipſa loquitur, namque nulla pactione effici potest, ne dolus praestetur. Art°. 542 plane non intellexi. *In eene verzekering op goederen ten behoeve van de eigenaars van het ſchip, waarin dezelve geladen zijn, zijn de asſuradeurs mede niet aanſprakelijk voor de ſchelmerij van den ſchipper, of (?) die uit hoofde van zijne vrijwillige en ongedwongene veranderingen van cours van de reize of van het ſchip veroorzaakt worden, al is hetzelve buiten hunne ſchuld of voorkennis geſchied, ten zij in het laatstgemelde geval (?) anders bij de polis bedongen is.* Forte ſenſus mendo typographico laborat et post vocem *of* omisſum est *verliezen*, *ongelukken* vel *kosten*, adeo ut, ſi navis exercitores, qui merces ſuas asſecurationi commiſerunt, ipſi fraudis auctores non fuisſent (*het laatstgemelde geval*) valida etiam esſet haec barateriae asſecuratio.

§ 3.

*De damnis, quae ex vitio mercium et intrinſeca earum natura profluunt.*

Si res quaedam asſecurata detrimenta experta est, distinguendum, utrum ea fortuito accidant et externam habeant originem, num vero ex ipſa rei natura atque conditione profluant. Pericula enim ea, quae ex itinere, non quae ex ipſa re nascuntur, ad asſecuratorem pertinent. Sic v. gr. ſi in itinere, quod feliciter peragitur, grana a curculionibus, ligna a teredine, panni a tineis, carnes a thermis vel aliae merces a muribus vel ballis corroduntur, damnum illud ab asſecuratore non restituitur, ſed in ipſum incidit asſecuratum.

Causſae autem illae externae atque fortuitae, quae damnum inferre posſunt rei, internae depravationi obnoxiae, vel eae ſunt, quae vi ſua damnum important, v. c. ſi adſpergine merces corrumpuntur vel navis naufragio perit; vel eae, ex quibus interna rei depravatio procedit, v. gr. diuturna mora, quam navis confiscatio aut necesſaria refectio attulit. Sed in plerisque caſibus facile non est, ea damna, quae rei, corruptioni obnoxiae, aliunde importata ſunt, ab iis ſecernere, quae internae depravationi tribui posſunt. Eaque difficultas hoc etiam augetur, quod causſae externae pernicioſiores esſe ſoleant

iis

iis rebus, quae ſponte ſua facile corrumpuntur, quam iis, quae corruptioni minus ſunt obnoxiae. Hinc igitur receptum est, ut asſecurator ſeſe, pro diverſa mercium natura, vel omnino huius detrimenti restitutione, vel ea ſaltem liberet, quae certas definitasque centeſimas non excedit. Sed etiamſi haec ſtipulatio non addatur, asſecurator tamen non tenetur ad resarciendum damnum, quod ex ipſa rei natura nascitur, ſi eius originem manifeste probare posſit. Cum vero ad illud probandum argumenta non adſunt, et merces revera causſis externis damnum expertae fuerunt, praeſumi debet, damnum illud iisdem causſis externis illatum esſe, nec vitioſa rei natura aut interna depravatione produci (33); ſed e contrario, ſi externa detrimenti causſa adfuisſe non probatur, illud internae rei naturae tribui debet (34).

Quamvis igitur, ut vidimus, interna rei depravatio extra asſecurationis limites ſit poſita, ea tamen ab asſecuratore reſarcienda est, ſi externae et fortuitae causſae huic corruptioni anſam dederunt. Namque ſi asſecuratores mala illa, quae forte accidere posſunt, in ſe ſusceperunt, conſequens est, ut, quae damna inde oriantur, reſarciant. Sic v. gr. ſi navis arresto vel confis-

(33) BALDASS. I. Pars 3, Tit. 2, § 4. et n:. 4, ubi rem iudicatam refert.

(34) EMER. I *Ch.* 12, *Sect.* 9, § 4.

fiscatione detinetur, merces autem hac mora corrumpuntur, damnum illud ex ipsa confiscatione profluere existimandum. Sed longe alia res est, si externa illa atque fortuita caussa ad assecuratorem referri non potest, vel eius periculo excepta est. Tunc enim nulla est damni resarciendi ratio, cum cessante caussa effectus cessent. Sic, si navis oneratorum negligentia vel ventorum reflatu moras nectit, et inde vinum navi impositum arescit, damnum illud assecuratoris non est, cum haud promiserit, itineris cursum expeditum et nullis impedimentis obstructum fore. Idem obtinet, si assecuratione pericula quaedam excepta sunt, v. gr., quod fieri solet, pericula, quae ab hostibus metuuntur. Si igitur navis iis detinetur, et merces hac mora corrumpuntur, nulla damni restitutione assecuratores tenentur.

Sed age, videamus, quid in iure Gallico hac de re constitutum vel receptum sit. — Codicis constitutio (Art°. 352), quae cum legis Lud. Art°. 29. convenit, regulam generalem exhibet, qua omnia damna, ex ipsius rei vitio orta, periculo assecuratoris non subiecta esse dicuntur. Sed legislator Gallus hanc legem alia constitutione confirmavit. Iussit nimirum merces, natura sua corruptioni obnoxias, polizza designari. (Art. 355). Quod si neglexerit assecuratus, fraudulenter egisse existimatur, nisi mercium navi impositarum naturam tempo-

pore subscriptae polizzae ignoraverit. Omissa igitur haec designatio non eum habet effectum, ut assecuratio nulla fiat, sed assecuratores tantum a resarciendo harum mercium damno liberat. Praemium indemnitatis nomine assecuratori cedit, cum iniustum esset assecuratum sese fraude sua obligatione posse exsolvere. Cessat autem illa fraudis praesumtio, si assecuratus se mercium naturam ignorasse probat, vel si eius ignorantia iuris auctoritate confirmatur (35). — Quamvis igitur ea sit legum constitutio, ut pericula, quae ab ipsius rei vitio metuuntur, assecuratione non comprehendant, ea tamen non omnino assecurari prohibentur, si illud contrahentibus placeat. Ea enim assecuratio, licet fortassis usu non sit recepta, non magis reprobanda esset, quam ea, qua navarchi et nautarum barateria suscipitur (36).

Secundum EMERIGONI sententiam assecuratorum periculo non est interna mercium corruptio, cui maris aliquod infortunium ansam praebuit, nisi infortunium illud damni caussa directa et proxima fuerit (37). Sic v. gr. si navis, imposito arresto, moras contrahere debet, merces autem eiusmodi sunt, ut vitia in ipsarum

(35) LOCRÉ *Esprit* etc. Tom. IV. ad Art. 355 pag. 143.
(36) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 9 § 1.
(37) EMER. I. *Ch* 12. *Sect* 3c. § 4 *Sans le concours direct et immédiat d'une force majeure.*

rum natura recondita, hac mora ſe exſerant, damnum illud reſarciendum non esſet, cum causſa illa remotior ſit. Hoc igitur vir ſummus a VALINI et POTHIERII ſententia differt, qui nullam hic faciunt distinctionem, cum lex ipſa non distinguat. Atque nihil etiam rei naturae convenientius est, quam illa damna reſarciri, quae revera mali alicuius ſequelae ſunt, quod asſecurator in ſe ſuſcepit. Vitium enim illud ſeſe non exſeruisſet, niſi dicto arresto mora contracta fuisſet.

Ex iis, quae de interno rei vitio disputata ſunt, vidimus, quam difficile ſit, accurate ea determinare damna, quae inde originem habent. Illud praeſertim in iis cernitur mercibus, quae natura ſunt fluidae, quaeque fere ſemper deſtillant, etiamſi navigatio feliciter perficiatur et ſumma iis cura adhibita ſit. Hinc igitur originem habere videtur clauſula, quae polizzae nonnunquam inſeritur, *Franc de coulage*, cuius ea vis est, ut asſecurator nihil reſtituere teneatur, etiamſi doliis omnia diffluant, illudque damnum maris infortunio illatum ſit (38). — In animalium asſecuratione ea distinctio non minus est difficilis. Asſecurator autem eorum mortem reſarcire tenetur, ſi ea a

(38) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 9. § 2. VALIN ad Art. 31. leg. ant. N. VALIN ad Art. 355. pag. 491.

ſpectu ad perficiendum itineris curſum idoneam (44). — Nunc autem videamus, quid in navis asſecuratione de interno ipſius vitio ſtatuendum ſit.

§ 4.

*De damnis, quae ex vitio navis et intrinſeca eius natura profluunt.*

Quod ad ipſam navem asſecuratam eiusque armamenta attinet, quae in itineris curſu afferuntur, illa rerum diminutio internae rei naturae, non vero fortuito caſui tribuenda est. Sed omnia damna, quae navis eiusque apparatus experti ſunt, quaeque ex fortuitis et externis cauſſis derivantur, ab asſecuratoribus reſarcienda ſunt. Cum vero fieri non posſit, ut caſus definiantur ordinarii, quibus reſistere debeat, et extraordinarii, quibus ſuccumbere posſit navis, facile videmus, quanta hic in diiudicandis damni cauſſa atque origine difficultas oriatur. Cavendum tamen est, ne nimis facile damnum aliquid tempestatum vi tribuamus, quia apto atque necesſario apparatu ſeſe inſtruere debet navarchus, cum ſciat ſibi aliquando cum ventibus colluctandum fore

(44) BENECKE III, *Kap.* II, *Abſchn.* 3.

Speciminis laudati auctores de intrinſeca mercium depravatione eadem ſtatuerunt. Addiderunt autem, ut omnia detrimenta, quae rerum fluidarum deſtillatione oriuntur, ab aſſecuratione esſent aliena, niſi navis litori vel ſcopulis impacta vel colliſa, vel etiam portum petere coacta, ibique mercibus prius exoneratis iterum impleta esſet. Quocunque caſu ab illato damno ea tamen deduci iusſerunt detrimenta, quae vulgo ex harum mercium deſtillatione existunt (43).

Si mercibus asſecuratis navis vitioſitate damnum infertur, illud a mercium asſecuratoribus reſarciendum videtur. Mercium enim illa corruptio non ex earum natura vel vitiis profecta, ſed aliunde oborta est; navis autem vitioſitatem asſecurato non magis, quam asſecuratori notam fuisſe existimari potest. Alia tamen res esſe videtur, ſi asſecurator probare potest, asſecuratum in eligenda nave inconſiderate egisſe, quamvis navis conditionem cognoſcere potuisſet. Sed, ſi navis ante profectionem vitioſitate iam laboravit, ab ipſo navarcho et exercitoribus damnum, mercibus hinc illatum, repetere potest. Illi enim navis conditionem non ignorare debent, atque ex onerationis contractu navem praeſtare tenentur, omni reſpe-

(43) Spec. I. Art. 544. 545.

ſpectu ad perficiendum itineris curſum idoneam (44). — Nunc autem videamus, quid in navis asſecuratione de interno ipſius vitio ſtatuendum ſit.

## § 4.

### *De damnis, quae ex vitio navis et intrinſeca eius natura profluunt.*

Quod ad ipſam navem asſecuratam eiusque armamenta attinet, quae in itineris curſu atteruntur, illa rerum diminutio internae rei naturae, non vero fortuito caſui tribuenda est. Sed omnia damna, quae navis eiusque apparatus experti ſunt, quaeque ex fortuitis et externis causſis derivantur, ab asſecuratoribus reſarcienda ſunt. Cum vero fieri non posſit, ut caſus definiantur ordinarii, quibus reſistere debeat, et extraordinarii, quibus ſuccumbere posſit navis, facile videmus, quanta hic in diiudicandis damni causſa atque origine difficultas oriatur. Cavendum tamen est, ne nimis facile damnum aliquid tempestatum vi tribuamus, quia apto atque necesſario apparatu ſeſe inſtruere debet navarchus, cum ſciat ſibi aliquando cum ventibus colluctandum fore

(44) BENECKE III, *Kap.* II, *Abſchn.* 3.

re (45). — Propter eandem caussam apud nostrates receptum erat, ut damnum, quod navis assecurata in medio mari procellis atque tempestatum vi experta erat, ab assecuratoribus non restitueretur, si navis aqua non submersa, sed in portum quemdam deducta esset. Sic etiam damni restitutione non tenetur assecurator, si navis, quae, perfecto itinere, in locum destinatum advenit, in piscatione Groenlandica glacie deterior facta esset (46).

Detrimenta, quae navi eiusque armamentis externis caussis, inprimis autem ventorum atque tempestatum vi inferuntur, externis illis caussis, iisque solis, tum demum tribui possunt,

(45) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 9. § 3. — VALIN ad Art. 29. leg. ant. N. VALIN ad Art. 352. pag. 480, ubi sic loquitur: *Ce n'est pas non plus un dommage arrivé par fortune de mer, que la perte d'un ancre, causée par le frottement des cables sur des roches, qui l'ont rompu et coupé; c'est la une suite naturelle du service des choses destinées à l'usage du navire. Et de même qu'on ne peut demander aux assureurs ce que le navire a perdu de sa valeur, pour avoir plus de service qu'il n'en avoit, ou parceque les cordages et les voiles sont usés; de même, le navire étant à l'ancre, si les cables aux quels les ancres sont attachées s'usent, rompent, ou sont coupés par l'effet seul des courans ou du tangage des navires, les assureurs ne sont pas tenus de cette perte. Autre chose serait, si la violence des vents ou des coups de mer obligoient de filer les cables ou en causoient la rupture; et de même, si quelques coups de vent emportoient une voile, une vergue et que le tout fut bien constaté* etc.

(46) BARELS, *Advijsen over den Kooph. en Zeevaart* Tom. I. Conf. 25. pag. 139. — VAN DER KEESSEL th. 741.

ſunt, ſi initio itineris navis eiusque armamenta nova erant, et omnibus numeris perfecta. Cum vero navis, quae uſu atteritur, in hac conditione diu verſari non posſit, asſecuratori certe non est praeſumendum, navem asſecuratam in optima conditione esſe. Nulla enim ratione asſecurationis validitas impugnari potest, ſi navis asſecuratum iter feliciter perficere, et periculis, quae in eo accidere ſolent, reſiſtere potuisſet. Obligatione ſua asſecurator ſeſe exſolvere non potest prae ſe ferendo, aliquam damni partem navis vitiis aut internae rei naturae tribuendam esſe. Sed, ſi navis uſu magis attrita est, asſecurator, maioris periculi ratione habita, maius praemium ſibi ſtipulari debet. Cum vero navis, quae ad perſiciendum iter apta atque inſtructa erat, externis causſis damnum patitur, fieri potest, ut, dum reficiatur, vitia appareant, quae aliis causſis vel internae eius corruptioni tribuenda ſunt. Atque in eo ſumma ab iis, qui damni aeſtimationem faciunt, adhibenda est prudentia, ne ab asſecuratoribus exigant reſtitutionem damni, quod vel ex ipſa re oritur, vel ante asſecuratum iter iam adesſe coeperat (47).

Si autem navis asſecurata ante profectionem, tot tantisque vitiis laborare comperta est, ut ad

(47) BENECKE, III. pag. 259.

ad faciendum itineris curfum prorfus inepta fit, omnia damna, quae patitur, in ipfa re caufsam atque originem habere existimantur. Hanc igitur ob caufsam asfecuratores nulla plane damni reftitutione tenentur, ne illo quidem cafu, quo asfecuratus navem reficere conatus est, vel eius conditionem ignoravit. In asfecuratione enim requiritur, ut asfecurator praemium lucrari posfit; quod, fi per ipfam rei asfecuratae naturam fieri nequeat, nulla est asfecuratio (48).

Quae cum ita fint, facile patet, quemnam navis vitiofitatem (*innavigabilité*) probare oporteat. Inprimis autem distinguendum videtur, utrum in itinere talia maris infortunia acciderint, quae probabiles esfe posfunt damni caufsae; num vero tales caufsae, ex ipfo itinere profectae, adesfe non videantur. In genere regula valet, ut, qui damnum fibi refarciri petat, caufsam eius omnino probare teneatur. Cum vero priori cafu veri fimile fit, maris infortunium damni caufsam fuisfe; cumque difficile es-

(48) POTHIER. n°. 66. N. VALIN. — ad Art. 352. pag. 481. — Angli in hoc loco regulam conftituerunt, cui ftrictisfime adhaerent. Fingunt enim asfecuratum in omni asfecuratione tacite obligationem in fe fufcepisfe, navem praeftandi, ad perficiendum itineris curfum omni refpectu aptam ac inftructam; *There is in every policy an implied warranty that the fhip fhall be feaworthy.* Atque ideo polizzam valere non existimatur, nifi asfecuratus huic obligationi plene fatisfecerit.

esset assecuratum probandi necessitate adstringere, navem aptam fuisse, quod semper moras nectendi opportunitatem assecuratori praeberet, dicta regula quodammodo exceptionem pati mihi videtur. Nimirum si assecuratores contra probabilem damni caussam, navis vitiositatem internis eius vitiis tribuant, illud ipsis argumentorum pondere evincendum esse existimo (49). Cum vero nonnunquam in contrahenda assecuratione declaretur, navem itineri aptam esse atque solidam et bene instructam, huic certe declarationi habenda fides est, donec contrarium vel argumentis probetur, vel aliunde constare videatur.

Alia autem res agitur, si navis in itinere ad illud perficiendum inepta declaratur, quamvis in ipsa navigatione maris infortunia non acciderint. Hoc enim casu navis vitiositatem eius vetustati vel internis vitiis tribui oportet. Sed si assecuratus aliunde vitiositatis caussam repetit, ipsi navis integritatem ante profectionem et caussam damni argumentorum pondere evincendum est. Ea tamen probatio declaratione non continetur, de qua supra diximus, quippe qua nihil constet, nisi quod navis ad perficiendum itineris cursum navarcho ac nautis apta visa sit. Atque huic magnam certe fidem non ha-

(49) BENECKE III. pag. 266.

habemus, si verbis credimus VALINI: *Des procès verbaux frauduleux de la part des capitaines, toujours disposés à favoriser les armateurs sans égard à la verité et à la justice* (50).

In Gallia autem haec res declaratione anni 1779 quodammodo immutata erat. Ea enim constituerat, ut viri periti navem, antequam solveret, examinarent, utque haec inquisitio denuo fieret, antequam ad redeundum navis mercibus oneraretur. Assecurato autem, nisi examinationis documento esset instructus, navem assecuratori derelinquire (intellige *le délaissement*) non licebat, etiamsi navis vitiosa declarata esset. Ex neglecta navis examinatione praesumtio iuris et de iure profluebat, navem ante discessionem vitiosam fuisse. Sed, quamvis examinatio locum habuisset, assecurator tamen admittebatur ad probandam navis vitiositatem ante inceptum itineris cursum (51). — Quamvis secundum Codicis nostri Art^os^. 225, 226 etiam examinatio requiratur, navis tamen derelictio propter vitiositatem fieri posse videtur, etiamsi examinationis instrumentum non adsit. Assecuratus igitur, ut iure derelictio fiat, probare tenetur, navem ante profectionem in bona conditione fuisse. In

(50) Ad Art. 29. leg. ant. N. VALIN ad Art. 352 pag 481.
(51) Vide *La déclaration du 17 Aout 1779.* Art. 4. — EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 38. § 5.

In iure patrio antiquo interna navium vitia ab asſecuratore erant aliena (52), eandemque conſtitutionem ſpeciminis laudati auctores repetierunt. Hi autem ad vitia interna etiam referendum ſtatuerunt damnum, quod navis, etiamſi pro abitu et reditu una eademque asſecuratio contracta esſet, ab aëris calore vel vermibus infertur, ſi primo deſtinationis loco nimium morata esſet (53).

## *SECTIO ALTERA.*

### DE PERICULIS, QUAE IPSO IURE AD ASSECURATIONEM REFERUNTUR.

### § 1.

### *De periculis maritimis, in ſpecie ſic dictis, naufragio, mercium iactu, vel ſi navis litori vel ſcopulis impingitur.*

Expoſitis iis periculis, quae ipſo iure ad asſecurationem non referuntur, nunc de iis videamus, quae ipſa lege asſecuratori ſub-

(52) Amſt. Art. 32; vide ſupra pag. 108. in na. VAN DER KEESSEL th. 759 et ll ibi ll.

(53) Spec. Art. 544. — Cf. *Verzameling van Caſus poſitien* etc. caſu 19. *Eerſte Stuk.* pag. 166.

ſubiecta ſunt. Ea, quamvis inter ſe magnopere differant, omnia tamen cum navis itinere quodammodo cohaerent. Coniunctisſima autem cum navigatione ea pericula ſunt, quae a maris rabie et tempestatum vi metuuntur, veluti ſi navis naufragium fecit, litori vel ſaxis impacta vel mercium iactu levanda est (54). Nobis igitur, quaſi in litore poſitis, videndum, quae ſint ex legum praeceptis marinae tempestatis discrimina; eaque dum intuemur, LUCRETIO videtur asſentiendum, canenti:

„ Suave, mari magno turbantibus aequora ventis,
„ E terra magnum alterius ſpectare laborem;
„ Non, quia vexari quemquam 'st iucunda vo- (luptas,
„ Sed, quibus ipſe malis careas, quia cernere (ſuave 'st."

Cum itaque in explicandis maris periculis verſemur, a tempestatis marinae definitione ordiendum videtur, quippe quae illorum causſa esſe ſoleat. Cogitandum est de immodica ventorum vi, vel etiam de ventorum imbri vel nivibus geminata ſaevitia, quae plerumque prolixa nocte et nubium denſitate comitatur (55). Facile autem patet, ex ipſa rei natura tempestatem

(54) Cf. C. C. art. 350. Spec. l. art. 539.

(55) EMERIGONUS tempestatem ſic definit: *l'agitation violente des vents, qui bouleverſent l'eau et la mer* (luctantes ventos, tempestatesque ſonoras.) I. *Ch.* 12. *Sect.* 11. § 1.

tem definiri non posse, cum in ea vel maxime navium ratio habeatur, neque una eademque tempestas omnibus navibus aeque pertimescenda sit. Tempestas autem a graviori ventorum vi ita distingui solet, ut in ea navis velorum usu non prorsus careat, sed vulgo inferiori, et pro magna parte contracto velo utatur, quo ipsa gubernari possit. In ea autem tempestate, quam nostrates *een vliegende storm* dicunt, propter effrenam ventorum rabiem nullus est velorum usus; naves pro ventorum libidine huc illuc quatiuntur, antennae demittuntur et mala saepe concidere coguntur nautae. Hanc ordine sequitur gravissima atque horrida tempestas, quam nostrates *een orkaan* vocant. Cogitandum videtur de subitis ventorum conversionibus ac procellarum ab omnibus plagis se circumagentium vicissitudine, qualem mihi tempestatem fingo, cum

„Venti, velut agmine facto,
„Qua data porta, ruunt, et terras turbine per-
(flant.
„Incubuere mari, totumque a sedibus imis
„Una Eurusque Notusque ruunt creberque
(procellis
„Africus, et vastos volvunt ad litora flu-
(ctus" (56).

Pau-

(56) AEN. I. vers. 83. — EMERIGONUS eam sic definit: *L'ouragan est un vent impétueux, qui tourne rapidement en tout sens et*

Paucis nunc de naufragio et de litori vel ſaxis impactione dicendum, ut videamus, qua nota et partium distinctione differant, quibusque nominibus inſigniantur. Omnium autem periculorum, quae nautis imminent, horrendum maxime est naufragium, unde OVIDIUS:

„Nec letum timeo; genus est miſerabile leti;
„Demite naufragium; mors mihi munus erit."

Navis igitur interitus vel iactura, quae vel ipſius vetustate vel tempestate vel eo, quod ſaxis vel litori impacta ſit, in ipſo mari obtinet, naufragium dicitur. Lex autem LUDOVICI (Art. 46. h. tit.) differentiam facit inter naufragium et navis diffractionem (*bris*) cum asſecuratis derelictionis ius tribuat *en cas de naufrage, bris, echouement.* Revera tamen, ſi naufragii definitionem attendamus, ea navis diffractio naufragii ſpecies esſe videtur. Locum enim habet, ſi navis, litori vel ſaxis iniecta, hoc ictu disrupta ſit. Atque ſic quidem navis diffractio naufragium est, quo navis contra litora vel ſcopulos illidatur.

Ea autem navis diffractio ab EMERIGONO duplex esſe dicitur *bris absolu et partiel.* Illa est, ſi navis ſaxis iniecta atque adeo disrupta est,

*et ſemble balayer autour de lui. Ce ſont des nuages funestes, qui paraisſent ſe former tranquillement et qui tout à coup lançent la tempête.* I. *Ch.* 12. *Sect.* 11. § 1.

est, ut non nisi eius reliquiae, atque fragmenta servari possint. Haec autem obtinet, si navis ictu detrimentum accepit rimasque duxit.

Eadem ratione EMERIGONUS duas distinguit naufragii species; altera, si submersa navi, nulla eius vestigia aquis manserunt; altera, si navis, litori impacta, aqua adimpletur, nec tamen omnino perit (57).

A naufragio diligenter distinguenda est ea navis conditio, quando saxis vel litori impacta dicitur. Si ad etymologicam Belgicae vocis originem *stranding* attendimus, facile ipsi arctior significatio subiici posset, quam quae revera in legibus habet. Obtinet enim, si navis in loco navigans, arenae aggestione vel latentibus saxis infesto, in pulvinas syrtes urgetur, saxis iniicitur, vel, deficiente aqua, brevibus haeret (58). Huic igitur significationi magis convenire videtur Gallorum vox *echouement*; quodque Belgica vox in specie indicat, illud Gallis dicitur *echouer sur la côte*.

Hoc autem maris periculum duas iterum in iure habet species. Altera, *echouement avec bris* dicitur, quando navis, syrti arenosae vel saxis impacta, disrumpitur (eaque, ut vidimus naufragii species est); altera, *echouement sim-*

(57) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 12. § 2.
(58) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 13. § 1 seqq.

*ſimple* dicta, obtinet, ſi navis fluctibus vel undis non ſubmerſa, à nautis vel ab aliis, qui auxilium praestant, loco, quo haeret, dimovetur, adeo ut rurſus navigare posſit (59).

Haec litori vel vadis impactio non ſemper fortuito accidit, ſed nonnunquam ex industria ab iis fit, qui navem gubernant. — Eadem ratione tertium, quod in legibus nostris enumeratur, damnum maritimum obtinet, quippe quod ab ipſis nautis iactu inferatur. Saepe enim accidit, ut, urgente necesſitate, ad ceterarum mercium aut navis ſalutem nonnullae res navi ſint eiiciendae (60); unde damnum illud non tantum ad mercium dominos, verum etiam ad navis exercitores pertinet.

Asſecuratores igitur damna, quae ex omnibus hisce caſibus profluunt, reſarcire tenentur. Sed ſi res illae navarchi negligentiae vel fraudi tribuendae ſunt, immunes ab iis manent asſecuratores, niſi barateriam patroni praestare ſusceperint. Data itaque damna non restituunt, ſi navarchus procelloſo tempore ventis vela dedit, vel ſi nullam ob cauſam immoratus est, cum prosperior flatus ipſum invitaret (61). Atque

(59) EMER. II. pag. 409.

(60) Cf. QUINT. CURTIUS. V. 9. „Medici graviores morbos „asperis remediis curant, et gubernator, ubi naufragium timet, „iactura, quidquid ſervari potest, redimit."

(61) l. 8. C. de navic.

que idem obtinet, si eo tempore, quo navarchus in navi degere tenetur, navis perit; vel si alia exsurgunt incommoda, dum navarchus contra legis vel mandati tenorem alibi versatur. Nec alia res est, si nulla necessitate coacta, insidiosa loca visitat, et, itineris cursu relicto, devia litora sectatur. Atque sic etiam damnum navarchi negligentiae imputandum esse videtur, si vadorum exploratoribus non utitur in iis locis, ubi ipse aquarum cursus, pharos, specula etc. ignorat (62).

§ 2.

*De clausulis, quibus maris pericula, in specie sic dicta, restringuntur.*

Si merces, in locum destinatum delatas, corruptas vel damno affectas esse patet, nulla autem huius corruptionis caussa excogitari potest, huius detrimenti resarcitio secundum iuris nautici statuta ipsi navarcho vel navis exercitoribus incumbit. Nisi enim alia caussa ostendi possit, damnum vel navis vitiositati vel navarchi negligentiae tribuatur necesse est. Consuetu-

(62) EMER. I. *Ch.* 12, *Sect.* 11, 12, 13 passim.

tudine tamen introductum videtur, ut hac in re favore quodam utantur navarchi, cum plerumque, nisi manifesta sit eorum negligentia, ad resarciendum damnum non vocentur. Licet de hac re, assecuratoribus damnosa querantur auctores (63), ea tamen hoc ipso mitigatur, quod consuetudine recepta fit. Lex Gallica Art°. 408, ne minima illa damna assecuratorum periculo essent, illos a resarciendo damno liberavit, quod centesimam non excederet. Speciminis autem laudati auctores (64), prohibita stipulatione contraria, hanc constitutionem extenderunt, et assecuratorem ab avariae particularis praestatione, quae tres centesimas et ab avariae communis restitutione, quae centesimam non excederet, liberaverant.

In earum autem rerum assecuratione, quarum natura pronior est ad corruptionem, data damna, quae certas definitasque centesimas non excedunt; additis clausulis periculo assecuratorum excipi solent. Fieri enim facillime potest, ut in itinere feliciter peracto, parvi momenti damna mercibus illata sint, quorum caussa non maris infortunio, sed vitio navis tribuenda videtur; eaque caussa pro diversa merci-

(63) MAGENS vide BENECKE. III. *Kap.* II. *Abschn.* 4. p. 286.
(64) Art. 598. — In polizza, qua societas asf. Holl. utitur, addita clausula est, *vrij van schade en avarij gros onder drie ten honderd.*

cium natura diversos habet effectus et eo maiorem vim exserit, quo faciliusmerces corrumpantur.

Cum igitur hisce clausulis eiusmodi damna penes ipsum maneant assecuratum, iis cavetur, ne assecuratores cogantur ad resarcienda damna, ex interna rei depravatione oborta, quae non externis, sed aliis caussis tribui debent. Eaeque utilissimae videntur, cum difficilis sit distinctio, si forte internae rei depravationi externum damnum accesserit. Illud igitur efficiunt laudatae clausulae, ut mercium, quae facile corrumpuntur, assecuratio, et earum, quae natura robustiores sunt, pari modo sese habeant, utque in utroque genere, cum in aestimando periculo, tum in definiendo praemio eadem ratio et mensura sit (65).

Is igitur finis esse videtur clausulae apud nostrates aliosque populos usitatae *vrij van beschadigdheid onder* 10 — *onder* 15 *procent* cet. Sed aliis quoque clausulis in assecuratione utuntur, quibus maior pars assecuratoris periculo praeciditur. Eae non tantum in iure patrio, verum etiam apud Gallos obtinebant. Antequam igitur ad patria iura redeamus, videamus, quid illis hac in re receptum fuerit.

Quamvis in diversis Galliae emporiis v. gr. Massiliis, Nannetis, Burdegaliis cet., diversis clau-

(65) BENECKE III, pag. 288.

claufulis utantur, quibus ab aliqua illati damni parte fe liberant asfecuratores (66), ufu tamen generaliter recepta videtur claufula *franc d'avaries*. Propter hanc frequentiam legislator Gallicus lege ftatuisfe videtur (67), ut ea claufula asfecuratores ab omni avariarum, tam communium, quam particularium praeftatione liberaret, excepto tamen cafu, quo asfecuratus derelictionis iure gaudeat. Tunc enim legislator ipfi eligendi fecit facultatem, utrum derelictionis iure uti, an vero avariae actione experiri velit. — Icti Galli hanc claufulam fenfu quam maxime generali interpretantur, adeo ut periculum asfecuratoris eos tantum cafus contineat, in quibus ipfae leges derelictionem permiserunt. EMERIGONUS illud multis rebus iudicatis confirmat. Sic v. gr. navarchus omnia navis mala concidere coactus, ne vela quidem nec funes periculis eripere potuerat; fic etiam ex alia navi, ut ea perfequentes effugeret hostes vel naufragii metu liberaretur, magna mercium pars eiecta erat; utroque autem cafu dicta claufula asfecurato-

(66) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 45, qui alias etiam claufulas memorat: *J'ai vu* inquit *des asfurances faites franc d'avarie particulière. — J'en ai vu contenant la claufe: franc aux asfureurs d'avarie non excedant* 10 *pour cent, pour ne payer que le furplus de ce taux. J'en ai vu plufieurs avec la claufe: franc d'innavigabilité.*

(67) Art. 409.

tores a dati damni restitutione liberabat (68). Sed, quamvis utriusque generis avariae periculo excipiantur, asſecurator tamen impenſas restituere tenetur, quae ad reparandum damnum, eius periculo ſubiectum, faciendae ſunt. Impenſae enim illae, licet avariarum nomine inſigniantur, revera ab illato damno profluunt (69).

Apud nostrates inter alias uſu recepta erat clauſula *vrij van beſchadigdheid*, quibus verbis non nunquam additur *bij behouden arrivement;* ſed utroque caſu eadem esſe videtur eius ſignificatio (70). Ea autem huius clauſulae vis est, ut asſecuratorem ab omni damni restitutione liberet, ſi asſecurata res, licet etiam corrupta vel damno affecta, ad locum destinatum tamen pervenit.

Eiusdem clauſulae vi asſecurator damni restitutione non tenetur, ſi merces in itinere vel cogente necesſitate in portum devectae, ibi venduntur. Hanc enim venditionem prudentia ſaepe exigit, ne merces omnino corrumpantur vel ne

(68) EMER. ll. et VALIN ad art. 47. leg. ant. h. tit. N. VALIN ad art. 409. pag. 649. qui hanc clauſulam iniustam et periculoſam esſe contendit. Fuſius de hac clauſula egit BALDASSERONI, vide Tomum III, Belgice verſum a Viro Conſ°. VOLLENHOVEN, *Verh. over de Avarijen*, *Hoofdſt.* VIII imprimis n°. 11 ſeqq.

(69) Vide ſententiam DE PAZARY et PASCAL apud EMER. ll.

(70) Spec. laud. art. 546.

ne incorruptae corruptarum mercium contagione pereant. Cum vero asſecuratores, qui addita clauſula *vrij van beſchadigdheid* asſecuraverunt, rerum corruptionem non reſarciant, illa, quam dixi, merces vendendi prudentia ſemper cum asſecuratorum damno coniuncta esſe deberet, niſi hoc caſu restitutione liberarentur. — Sed ſi ex iudicis ſententia illa venditio locum habuerit, adeoque vi ac necesſitate coacta et confiscationis ſequela habenda ſit, asſecuratores damni restitutione teneri mihi videntur. Etenim non conſtat merces, etiamſi corruptioni obnoxiae ſint, revera etiam corrupturas fuisſe. Adeoque, ſi divenditae non esſent, mercium dominus, recuperata earum libertate, lucrum iis quaerere forte potuisſet. Atque hanc ob causſam ab asſecuratore pro rerum conditione aliquam damni partem reſarciendam esſe, existimo.

Haec tamen clauſula asſecuratorem non liberat ab avariae communis restitutione, nec a reſarciendo damno, iactu, rapina ſimilibusque illato, vel quod interitu navis, mercibus oneratae, importatum est. (Spec. art. 546.)

## § 3.

### *De navium colliſione, de piratarum direptionibus, latrocinio, et incendio.*

Praeter ea pericula, quae in ſpecie maritima dici vidimus, alia in navigatione nautis immi-

nent, quae latiori nominis ſignificatione ad maris diſcrimina etiam referuntur. Paucis igitur in hoc loco agendum nobis erit de damnis, quae navium colliſione, piratarum direptionibus, latrocinio et incendio inferuntur. Quamvis enim ad rem noſtram non pertineat, ea explicare, quae copioſe in iure de hisce periculis traduntur, ſilentio tamen ea praeterire non licet, cum legibus noſtris aſſecuratoris periculo comprehenſa ſint.

Damna, quae colliſioni tribuuntur, ea ſunt, quae navis ictu, in aliam navem compulſae, exiſtunt (71). Ea autem colliſio vel fortuita eſt, ſi navis v. gr. procelloſo tempore ancoris avellitur, et in aliam navem coniicitur; vel tribuenda eſt nautarum vitiis vel negligentiae; vel denique dubitatur, quaenam colliſionis cauſa ſit. Plurima tam iure Romano (72), quam ſerioris aevi legibus (73) praecepta traduntur, quae pro

(71) Navis colliſio Gallis *abordage* dicitur. Vocabulum autem, quo noſtrates in hoc loco uti ſolent, *overzeiling*, ſignificatione ſua minus late patet. Etenim ſi naves, quae in ancoris conſiſtunt, ventorum vi colliduntur, dici haud poteſt, navem navigando aliam navem ſtraviſſe. Cum latiori autem Gallicae vocis ſignificatione Anglica et Italica vocabula: *running foul of an other veſſel* — *inveſtimento di due navi fra loro* videntur convenire. Speciminis laud. auctores loquuntur *van overzeiling of aandrijving*. Lib. II. Tit. 6. art. 421.

(72) KURICKE ad Ius mar. Hans. pag. 805. LOCCENIUS. l. l. Lib. III. Cap. 8. nº. 11. pag. 1041.

(73) Vid. Speciminis. Lib. II. Tit. 6.

pro diversis casibus ab aequitate profluere visa sunt. Cumque difficillimum sit collisionis discernere auctorem, si duae pluresve naves se invicem depresserunt, vel si una navis in aliam impacta est, Icti nonnullas tradiderunt regulas, quae iudicum sententiis magnam in foro auctoritatem adeptae sunt (74).

In restitutione damni, cui assecurator subiicitur, distinguendum est, utrum damnum vitio vel negligentiae navarchi tribuendum sit, num vero aliam vel incognitam habeat caussam. Priori enim casu assecurator, qui barateriam patroni non suscepit, secundum ius Gallicum damni resarcitione non tenetur. Sed, etiamsi barateria patroni in iure Gallico assecuratione non contineatur, damni tamen restitutione tenetur assecurator, si alius navis navarchus collisionis auctor sit. Detrimentum enim illud respectu assecuratae navis fortuitum est (75). Si autem, incognita caussa, damnum illatum inter naves dividitur, assecuratores pro parte assecuratae navis tenentur.

Leges nostrae periculis, quibus assecurator subiectus est, piratarum direptiones adnumerant. Vocabula in legibus obvia depraedationem, quam in ipso mari pirati exercent, aliaque

(74) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 14. § 2. — PARD. II. n°. 653.
(75) EMER. l. l. § 6.

que latrocinia violenta continere videntur (76). Piratae ſunt, qui principis vel civitatis auctoritate non muniti in mari praedationem exercent; quo ſenſu etiam ſumuntur l. 118 de V. S. „Hostes hi ſunt, qui nobis aut quibus nos pu„blice bellum decrevimus, ceteri latrones aut „praedones". A legitima igitur praedatione illae piratarum direptiones differunt, eaeque tanquam pericula maritima asſecuratori ſubiiciuntur; unde conſtat, ne illos quidem asſecuratores, qui belli pericula asſecuratione exceperunt, ab earum restitutione ſeſe liberasſe.

Eorum autem depraedationes, qui Barbari vocantur et Africae oras ſeptentrionales incolunt, piratarum direptionibus non aequiparandae ſunt, ſi cum aliis civitatibus, quibuscum foedere iunctae ſunt, bellis implicantur. Sin vero praedandi causſa navigent, navesque civitatum, quae cum iis bellum non gerunt, diripiant vel advehant, re vera pro piratis habendi ſunt (77).

Ad hunc locum etiam pertinent alia latrocinia, quae vi et armis inferri ſolent, eoque a ſimplici furto distincta ſunt. Hinc etiam furtum pro caſu fortuito non habetur, cum e contra-



(76) Art. 350. *pillage.* Spec. art. 539. *onregtvaardig geweld, roovers.* EMER. I, *Ch.* 12. *Sect.* 28.
(77) EMER. l. l. § 3.

trario latrocinium fatale damnum ſit (78). Ex ea autem diverſitate maxima quoque in aſſecuratorum obligationibus differentia naſcitur. Cum enim furtum non ſit caſus fortuitus, illud fraudi vel negligentiae navarchi vel nautarum tribuendum eſſe praeſumitur, adeoque aſſecurator reſtitutione non tenetur, niſi barateria aſſecurata ſit. E contrario autem latrocinio illata damna ab aſſecuratore reſarciuntur. — Ad ea latrocinia inprimis referendae ſunt concusſiones Basſarum et Publicanorum, quae in regionibus Turcicis ſaepe accidunt, aliaeque exſpoliationes, quas Galli *avanies* dicunt. Sed aſſecuratores earum reſtitutione ſecundum iura Gallica non teneri patet, ſi nautae iſtis exſpoliationibus anſam praebuerunt (79).

Quamvis incendium, plerumque culpa excitetur (80), illud tamen in legibus noſtris fatale damnum habetur, et periculis maritimis adnumeratur. Aſſecuratores igitur ſecundum iuris Gallici praecepta huius damni praeſtatione tenentur, niſi probare posſint, illud vitio vel negligentiae navarchi tribuendum eſſe.

Si navis magiſtratus iusſu propter peſtis conta-

(78) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 29. et l. 18. ff. Comm. l. 1. C. depoſiti.

(79) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 50.

(80) l. 11. ff. de per. et comm. rei vend. — l. 3. § 1. ff. de offic. praef. vigil.

tagionem combusta est, pro diverſa rerum conditione asſecuratores a damni reſarcitione liberantur, vel ad eius restitutionem tenentur. EMERIGONUS illud duobus exemplis confirmat. Priori caſu nulla penes navarchum culpa erat, et asſecuratores libenter detrimentum restituebant; posteriori autem caſu navarchus, ne moram, qua pestilentiae contagia prohibentur, facere cogeretur, pestem, qua navis infecta erat, fraude reticuerat; cumque barateriam patroni asſecuratores non ſuscepisſent, ipſi a damni restitutione liberabantur (81).

Quaeri potest, num asſecuratores damnum reſarcire teneantur, quod mercium combustione datum est, ſi ipſe navarchus, qui alia ratione eas piratis vel hostibus eripere non poterat, incendium excitaverit, ipſe autem ſeſe cum nautis fuga receperit. Nonnulli hoc argumento negaverunt, quod, combusta navi, nulla ſuperſit mercium ſaltem pro parte ſervandarum vel recuperandarum ſpes. Contendunt autem illicitum esſe, ſibi ipſe inferre damnum, quod ab alio tantum metuitur; quo ſenſu Martialis, Lib. II. Epigr. Fannium quendam perstrinxit:

„Hostem quum fugeret, ſe Fannius ipſe peremit;
„Hic, rogo, non furor est, ne moriare, mori?"

Contraria tamen ſententia magis placuit, et rerum

(81) EMER. *l. Ch.* 12. *Sect.* 17. § 2.

rum iudicatarum auctoritate confirmata est, modo navis in ea conditione fuerit versata, ut merces hostibus alia ratione eripi non potuissent (82).

Ex iis tandem, quae supra de interna rei depravatione diximus, satis patet, damnum ad asfecuratores non pertinere, si merces interno calore ardescunt (83).

§ 4.

*De damnis, quae a summo imperante rei asfecuratae inferuntur.*

Damna, a summo imperante profecta, ea sunt, quae a potestate legitime constituta, sive iuste sive iniuste et quocunque demum fine, inferuntur. Huc pertinent arresta, mercaturae interdictio cum aliqua civitate, prohibitio merces invehendi vel exportandi, detentio mercium vel navium, quae nonnunquam fit in civitatis usum, advectio, captio cet. Quae, licet plerumque belli tempore accidant, tamen non eadem sunt, quae belli pericula, sed latius, quam ea, patere videntur (84).

Ar-

(82) EMER. ll. § 5. — POTHIER. n°. 53.

(83) EMER. ll. § 4.

(84) Legislator Gallus in enumerandis asfecuratorum periculis ea comprehendisse videtur vocibus: *Prise, . . . arrêt par ordre de puissance, déclaration de guerre, représailles*; idemque fere nos-

Arrestum est itineris incipiendi vel incepti prohibitio, propofito non hostili facta, vel ab ipfius civitatis imperante, ad quam navis pertinet, vel ab amica quadam civitate (85). Arresti illa iniectio vel periculi praecavendi caussa fit, v. gr. fi hostiles metuuntur infidiae, vel politicas habet caussas, v. gr. quo occulta maneat bellica, quae paratur, expeditio, vel fi civitas naves earumve onera, dato vel pollicito rerum pretio, fibi vindicat et in fuos ufus convertit. Eo igitur arrestum ab hostium captione maxime differt, quod in illo nullum fit dominis damnum inferendi propofitum, fed rerum dimisfio vel compenfatio fequi debeat. — Arrestum autem navi non tantum in portu vel ftatione imponi potest, fed etiam in ipfo itineris curfu, cuius rei exemplum habet ROCCUS n°. 60, quod etiam ab EMERIGONO refertur (86).

Si post belli denunciationem vel etiam represfaliis navis detinetur, illud revera pro captione habendum est, etiamfi dein dimisfione liberetur. Eademque ratione iurisprudentia Gallica receptum est, ut navis neutralis eo pretextu advecta, quod ad hostes pertineat vel

nostris polizzis declaratur. In fpec. I. dicitur *neming*, *kapers* . . . . *aanhouding op last van hoogerhand*, *verklaring van oorlog*, *represailles*.

(85) AZUNI I. *Ch.* 3. *Art* 6. § 1. pag. 298.

(86) I. *Ch.* 12. *Sect.* 30. § 2. pag. 536.

vel hostium mercibus onerata ſit, pro capta habeatur, quia nempe advectio illa factum hostile est (87). Sed, ſi navis eo tantum propoſito detinetur, ut merces hostium, quas continet, ea eximantur, ceteras merces navemque non captas, ſed tantum detentas eſſe dici potest.

Frequentisſima autem est ea arresti ſpecies, quae voce Hispanica *Embargo* dicitur. Est illud autem civitatis edictum, quo certae definitaeque naves et merces, vel omnes, quae in aliquo portu vel etiam in omnibus civitatis alicuius portibus commorantur, abire prohibentur ad novam usque ordinationem (88).

Cum igitur, ut vidimus, asſecuratores omnia arresti pericula in ſe ſuſceperint, illos etiam damni et impenſarum reſtitutione teneri conſtat. Ea autem damna maxime contracta mora oriuntur, adeoque indirecte arresto inferuntur. Facile tamen intelligitur praemium nequaquam augendum eſſe, cum periculi dilatio e caſu profluat, cui asſecurator ſeſe ſubiecit. Sed, ſi ex contractus praeceptis certo definitoque tempore asſecurationi finis imponitur, asſecuratoris periculum cesſat, etiamſi navis arresto nondum liberata ſit. Si autem pro ſingulis men-

(87) EMER. ll. pag 537.
(88) BENECKE III. *Kap.* 11. *Abſchn.* 5. pag. 344.

Arrestum est itineris incipiendi vel incepti prohibitio, propofito non hostili facta, vel ab ipfius civitatis imperante, ad quam navis pertinet, vel ab amica quadam civitate (85). Aresti illa iniectio vel periculi praecavendi caussa fit, v. gr. fi hostiles metuuntur infidiae, vel politicas habet caussas, v. gr. quo occulta maneat bellica, quae paratur, expeditio, vel fi civitas naves earumve onera, dato vel pollicito rerum pretio, fibi vindicat et in fuos ufus convertit. Eo igitur arrestum ab hostium captione maxime differt, quod in illo nullum fit dominis damnum inferendi propofitum, fed rerum dimisfio vel compenfatio fequi debeat. — Arrestum autem navi non tantum in portu vel ftatione imponi potest, fed etiam in ipfo itineris curfu, cuius rei exemplum habet ROCCUS n°. 60, quod etiam ab EMERIGONO refertur (86).

Si post belli denunciationem vel etiam represfaliis navis detinetur, illud revera pro captione habendum est, etiamfi dein dimisfione liberetur. Eademque ratione iurisprudentia Gallica receptum est, ut navis neutralis eo pretextu advecta, quod ad hostes pertineat vel

nostris polizzis declaratur. In fpec. l. dicitur *neming*, *kapers . . . . aanhouding op last van hoogerhand*, *verklaring van oorlog*, *represailles.*

(85) AZUNI I. *Ch.* 3. *Art* 6. § 1. pag. 298.

(86) I. *Ch.* 12. *Sect.* 30. § 2. pag. 536.

vel hostium mercibus onerata ſit, pro capta habeatur, quia nempe advectio illa factum hostile est (87). Sed, ſi navis eo tantum propoſito detinetur, ut merces hostium, quas continet, ea eximantur, ceteras merces navemque non captas, ſed tantum detentas eſſe dici potest.

Frequentisſima autem est ea arresti ſpecies, quae voce Hispanica *Embargo* dicitur. Est illud autem civitatis edictum, quo certae definitaeque naves et merces, vel omnes, quae in aliquo portu vel etiam in omnibus civitatis alicuius portibus commorantur, abire prohibentur ad novam usque ordinationem (88).

Cum igitur, ut vidimus, asſecuratores omnia arresti pericula in ſe ſuſceperint, illos etiam damni et impenſarum reſtitutione teneri conſtat. Ea autem damna maxime contracta mora oriuntur, adeoque indirecte arresto inferuntur. Facile tamen intelligitur praemium nequaquam augendum eſſe, cum periculi dilatio e caſu profluat, cui asſecurator ſeſe ſubiecit. Sed, ſi ex contractus praeceptis certo definitoque tempore asſecurationi finis imponitur, asſecuratoris periculum cesſat, etiamſi navis arresto nondum liberata ſit. Si autem pro ſingulis men-

(87) EMER. ll. pag 537.
(88) BENECKE III. *Kap.* II. *Abſchn.* 5. pag. 344.

plum EMERIGONUS retulit) ut civitas pro mercium angariis pretium restitueret, quo felici itineris successu destinationis loco divendi potuissent. Quamvis pretium earum rerum hoc tempore minuerat, assecurato tamen nullum damnum inferebatur, cum eadem pecuniae summa easdem merces redimere posset. Propterea etiam assecuratores, quibus in propositis ab EMERIGONO exemplis assecurati rerum derelictionem fecerant, a damni restitutione liberabantur. Hanc enim tum demum admittendam esse statuebant, si laesio locum habuerat, h. e. nisi pro mercibus angariatis pretium emtionis, aestimationis vel venditionis, de qua diximus, restitutum esset (94).

Quamvis vera sint, quae pro ultima damni restituendi ratione afferuntur argumenta, relatae tamen res iudicatae falso niti fundamento mihi videntur. Pretium enim, de quo assecuratus cum assecuratore convenisse censendus est, emtionis vel aestimationis esse debet. Quemadmodum assecurator praeter illud pretium nihil solvat, etiamsi deperditae merces, si salvae advenerant, loco destinato duplo pretio veniissent, ita etiam propositis casibus ad hanc pretii summam mihi teneri videtur, si merces loco destinato valore diminutae erant. Quocun-

(94) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect* 33. in fine et VALIN ad Art. 49. l. ant.

cunque igitur pretio merces loco destinato fient, de eo non quaeritur in asſecuratione, cuius illud propoſitum, ut asſecuratus conditioni reddetur, in qua ante ſuſcepta illa commercia verſabatur.

Si propter belli indictionem inter civitatem, ad quam asſecurata res pertinet, eamque, quo destinata ſit, vel propter repres ſalias, pestilentiae contagia, aliamve cauſſam commercia prohibentur, impeditum est asſecuratum iter. Uti autem, ſuſcepto periculo, integrum praemium asſecuratoris est, etiamſi mox itineris cesſatio ſequatur, ita etiam damna reſarcire debet, quae mercaturae interdictione asſecurato inferuntur (95).

E dictis igitur vidimus, eiusmodi esſe damna, quae arrestis et commerciorum prohibitione illata ſunt, ut legitima asſecuratione comprehendantur. Iis autem excipienda ſunt arresta, quae propter commisſas ab asſecurato fraudes et legum circumventiones vel propter privata eius debita, rebus imponuntur, adeoque non a ſummo imperante, ſed ab ipſo asſecurato derivanda ſunt. Si autem arresta hoc quidem praetextu, ſed iniuste tamen rebus asſecuratis impoſita ſunt, damna, quae inde oriuntur, ab asſecuratoribus reſarciri debent (96). Ex

(95) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 31.
(96) BALD. II. P. V. Tit. 21. § 44—46.

Ex praecedentibus et ex ipsa etiam arresti definitione vidimus, illud non ab hostibus, sed ab ipsa civitate vel ab amicis civitatibus imponi. Unde patet, clausulas *vrij van neming* aliasque eiusmodi, quibus belli pericula assecuratione excipiuntur, assecuratores non liberare ab arresti periculo, quod proposito non hostili imponitur. Sic v. gr. si civitas quaedam navibus foederatae civitatis embargo imposuit, clausulae illae assecuratorem non liberant. Cum vero exorto bello, embargo illud captionis naturam induat, non nisi impensae et illata sub hoc embargo damna ab assecuratore restituenda sunt (97). Sin autem assecurator ab ipsis arrestis immunis esse cupiat, illud propria atque singulari clausula significandum videtur.

Arresto, de quo disputavimus, captio eo sensu opponi potest, quod illud semper ab amicis, haec vero ab hostibus fiat. — Iusta captio est, quae, indicto bello, ab hostibus secundum ius gentium obtinet. Iniusta autem, si iuris gentium praecepta vel foederum sanctitas laedatur. EMERIGONUS nonnullis exemplis

(97) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 30. ubi dicit: *s'il arrivait que le navire arrèté ne fut ni rendu libre ni paijé, l'accident n'en serait pas moins un arrèt, parceque le caractère de toute chose dépend de la fin du moins apparente, pour laquelle elle avoit été operée.*

plis et quaestionibus populorum iura quod ad captiones illustravit (98). Harum autem disquisitio, quae ad practicam iuris gentium partem maxime pertinet, ab hac disputatione aliena eoque minus necessaria videtur, cum non tantum iustae sed et iniustae captiones assecuratione comprehendantur. Damni igitur dati resarcitione assecurator tenetur, nisi argumentis evincat, captionem assecurati facto vel barateriae patroni tribuendam esse. Sic v. gr. liberatur assecurator, si navarchus, cum resistere potuisset, navem non defendit, vel etiam si praedae cupidus hostem sponte aggressus est (99). Frequens autem etiam apud nostrates clausula est, qua captio legitima assecuratione excipitur.

Licet ex hostium captione derelinquendi ius assecurato oriatur, res tamen assecurata non semper tota deperdita est. Saepe enim sive iusta sive iniusta sit captio, assecurator redemtione, recuperatione (Gallis *recousse*) (100) vel rerum iniuste captarum vindiciis a totius rei iactura atque restitutione liberatur.

Redemtio (Belgice *Ransoen*) contractus est iu-

(98) *Ch.* 12. *Sect.* 18. 19. AZUNI II. *Ch.* 4. *Art.* 1. pag. 282 seqq.

(99) l. 36 de Reg Iuris. EMER. *Ch* 12. *Sect.* 18. § 3 BALD. II P. V. Tit. 12. § 11.

(100) AZUNI II. *Ch* 4 *Art* 5 pag. 349. in nota.

iuris gentium, quo captor rem captam pro certo pretio aut alia quadam re demittit et dominii ius in pristinos dominos iterum transfert (101). Literis autem, quae hac de re conficiuntur, in prosequendo itineris cursu navarchus contra novam captionem munitur, modo conditiones, sibi praescriptas, impleat. Redemtio illa quocunque tempore, sive in ipso mari sive in portu quodam, quo devecta sit capta navis, locum habere potest. Duplici autem ratione captae res redemtione recuperari solent. Etenim vel navarchus, postquam cum captore de lytro (redemtionis pretio) convenerit, ipsi literas cambiales in exercitores scribit et ad securitatem obsides tradit, vel etiam captor, servata sibi pecunia numerata vel mercium quadam parte, navem ceteraque bona liberat. Illa conventio frequentior est, et cum iis iniri solet, qui civitatis alicuius nomine, navem praedatoriam armaverunt; haec autem, quae vix ac ne vix quidem conventionis nomen meretur, a piratis adhiberi solet, quibus ipsa navis saepe oneri est (102).

A redemtione maxime differt recuperatio, qua capta res vi et armis captori aufertur. Iura eorum, qui rem captam hosti eripuerunt, di-

(101) AZUNI II. *Ch.* 4. *Art.* 5. pag. 395.
(102) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 21. § 5.

diiudicanda sunt ex quaestione, num is qui rem primus ceperat, recuperationis tempore rei dominus existimandus esset. Hanc quaestionem plures agitaverunt auctores et foedera atque leges vario modo de ea statuerunt. Plerumque tamen capta navis post 24 horarum spatium captoris propria habetur, adeoque iura exercitorum et recuperatoris diverso modo constituta sunt, prout tempus illud elapsum vel nondum elapsum sit (103).

Hoc sensu tamen pro recuperatione habendum non est, si captae navis nautae, subactis captoribus, libertatem sibi vindicant et navem liberam reddunt. Etiamsi enim propter prudentiam vel fortitudinem laude atque remuneratione digni sint, eo tamen iure non gaudent, quod pro diversa rerum conditione ex recuperatione profluit (104).

## § 5.

### *De clausulis* voor neutrale rekening — vrij van molest — onder konvooi.

Praecedentibus §§ navigationis pericula ita exposui, ut satis de late patente assecurationis am-

(103) MARTENS *Essai concernant les armateurs* etc. *Ch.* 33. AZUNI II. *Ch.* 4. *Art.* 5 § 1. seqq. EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 23.

(104) EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 25.

ambitu constare videatur. Omnes autem periculorum species recensere, assecurati pro rerum conditione iura et obligationes exponere, ad instituti mei rationem referri non potest. Quamvis enim multarum, quas proposui, distinctionum utilitas in damni resarcitione demum appareat, illibatam tamen hanc materiam reliqui; et permultorum quoque periculorum cognitio adeo cum iure gentium cohaeret, ut iis exponendis ab instituti ratione deflexisse mihi viderer. — Maxime autem ea assecuratorum pericula, quae a civitatum rectoribus profluunt, clausulis restringi solent, quae pro diversa rerum conditione et fori usu diversa ratione interpretandae videntur. Quamvis igitur pro contrahentium arbitrio differant, receptissimas tamen clausulas *voor neutrale rekening* — *vrij van molest* — *onder konvooi* interpretari conabor.

In assecuratione, sub clausula *voor neutrale rekening* contracta, requiritur, ut non tantum rei dominus neutralis sit, verum etiam ut omni respectu neutralium obligationes impleat. Nisi assecuratus illis satisfecerit, assecuratores damni resarcitione non tenentur, si forte navis mercesve neutrales confiscantur. Iusta enim est assecuratoris in contrahenda assecuratione praesumtio, assecuratae rei dominum iuris gentium obligationibus et civitatis suae foederibus sese compositurum; adeoque damni resti-

ſtitutione non tenetur, etiamſi ſolummodo civitatis, ad quam asſecuratus pertinet, vel ne huius civitatis quidem mentio facta esſet (105).

Ex ipſa igitur rei naturâ ſequitur, clauſulam *voor neutrale rekening* ab eo ſtipulari posſe, qui tempore initae asſecurationis neutralis est et probare potest, ſe rei dominum esſe. Unde duas potisſimum rationes esſe patet, quarum alterutra asſecuratorem uti oportet, ut a damni reſtitutione liberetur. Vel enim probet necesſe est, rem pro neutrali asſecuratam neutralitatis iure non gaudere, vel etiam asſecuratum obligationibus ſuis, tanquam neutralem, non ſatisfecisſe. Asſecurator, qui rei asſecuratae dominum neutralem non esſe contendit, et, quibus neutralitatis iura nituntur, documenta, cognoscementa, navarchi mandata, aliave tanquam invalida atque imperfecta reiicit, illud argumentis evincere tenetur. Saepe ex rei inquiſitione, ab extera civitate facta, vel ex iudicum ſententia, qua res asſecuratâ, tanquam hostilis, condemnata est, patet, quis pro vero rei domino habendus ſit. Cum igitur, quae ſimulato nomine teguntur, exinde asſecuratori aperta fiant, permagni certe momenti auxilia ſunt, quae hac ratione ad eruendam veritatem ipſi praeſtantur. Sed ipſa tamen res, ab ex-

(105) BENECKE III, pag. 372.

extera civitate iudicata, habenda non est pro perfecto probationis argumento, rem asſecuratam neutralem non esſe. Cum enim asſecurator damna, iniusta condemnatione illata, praeſtare teneatur, conſequens est, ut plena probandi vis exterae civitatis iudiciis deneganda ſit. Eadem ſententia Ictis Gallicis erat recepta, ubi res ipſa nova iudicum ſententia decernebatur. Rem autem ab extera civitate iudicatam pro ſimulationis probatione non habebant, neque hinc asſecuratori ius erat pecuniae ſolutionem recuſandi (106).

Altera, de qua diximus, ratione, qua asſecurator a damni illati resarcitione liberatur, ex obiectione oritur, argumentis probata, asſecuratum facto ſuo neutralitatis iura perdidisſe. Niſi enim eius actiones iuris gentium praeceptis et foederibus, inter eius civitatem et populos bellum gerentes pactis, congruae ſint, asſecuratores nulla praeſtatione tenentur.

Disputationis meae propoſitum non ſinit, ut, inſtituto examine, licitas atque illicitas neutralium actiones perpendam. Primaria certe est, quae exinde oritur obligatio, ne neutrales uni civitati bellum gerenti, in fraudem alterius necesſitates bellicas praebeant. Sed caven-

dum

(106) EMER. *Ch* 12 *Sect.* 20, qui illud duobus exemplis illustrat. — BALDASSERONI I. P. VI. *Tit.* 11. § 51—52.

dum maxime, ne ex arbitrariis civitatum statutis, quae saepe utilitatis publicae, non aequitatis fundamento nituntur, iuris gentium praecepta derivemus, nec etiam in scriptorum auctoritate acquiescamus, quorum in magna dissensione fere nullum est contra errores praesidium. Respiciendum igitur ad ea principia apud omnes gentes constituta atque recepta, quibus omnia fere foedera superstructa sunt. Sin autem inter nonnullas civitates iura illa generaliter recepta foederibus immutantur, ceterae nationes illis non magis tenentur, quam arbitraria et unilaterali civitatis alicuius constitutione (107).

Ad clausulas, quae assecuratoris periculum maxime restringunt, inprimis referri meretur stipulatio *vrij van molest*, apud nostrates frequentissima. Haec autem assecuratorem non tantum liberat, si assecurata res molestia perit vel corrumpitur, sed ipsa assecuratio cessat, si assecurata res molestia detenta vel ab itineris cursu deducta est.

Sed si quis, contracta assecuratione, sub clausula *vrij van molest*, cum assecuratore pasciscitur, ut periculum sustineat, donec navis, molestiam passa, in portum advecta sit atque anchoras eiecerit, ad hoc usque tempus om-

(107) BENECKE III. pag. 394.

omnia damna, etiam post molestiam illata, asſecuratorum periculo ſunt, exceptis iis, quae ex ipſa molestia oriuntur. Asſecurator igitur damni restitutione non tenetur, ſi navem vel merces, antequam advectae ſint, molestia periisſe conſtat; ſed in dubio ſuspicandum est, rem asſecuratam infortunio periisſe, asſecuratoris periculo comprehenſam. Quemadmodum autem asſecuratoris periculum cesſet, advecta navi, ſic etiam asſecurationi finis impoſita est, ſi navis vel merces ante inceptum itineris curſum molestia afficiuntur.

Ex hac clauſulae interpretatione, quae Artº. 647 ſpeciminis laud. traditur, videmus, quid ſtatuendum ſit, ſi nullus accipitur nuncius de mercium vel de ipſius navis conditione. Fieri potest, ut navis capta a piratis atque ſpoliata in devio loco derelicta ſit, vel etiam una cum hostibus naufragio perierit; quae, cum laudata clauſula comprehenſa ſint damna, ab asſecuratore non restituuntur. Sed, niſi damni cauſſa dubio vacet, illa maris infortunio tribuitur; namque ſi asſecuratus illata molestia rebus ſuis distitutus fuisſet, ſuspicari licet, ut in magna commerciorum opportunitate atque frequentia huius rei nuntium accepisſet (108).

In hoc loco tamen quaeritur, utrum navis, quae

(108) Hanc ſententiam confirmasſe videntur Icti Angli MARSHALL II. pag. 416. PARK. pag. 93.

quae tempestate hostium litori impacta, dein autem ab ipsis hostibus capta est, tempestate, num vero captura periisse existimanda sit. Cum vero hostium captio non necessaria sit tempestatis sequela, recte Angli illud captioni, non tempestati tribuisse videntur. (109). Navis enim periculo erepta fuisset, si tempestatis vi non hostium litori iniecta, sed alium in locum esset delata. Nec etiam, quamvis hostium litori impacta esset, consequens est, ut hostibus capiatur. — Contra autem, si navarchus, ut hostes effugiat, navem litori imponit, damna ab hostium molestia derivanda esse videntur. Hoc igitur casu laudata clausula assecuratorem a damni resarcitione liberat, cum navarchus, si alia fuisset ratio expediendae salutis, navem litori non imposuisset. Sic etiam secundum EMERIGONUM assecuratores, qui pericula ab hostibus metuenda susceperunt, damni restitutione non tenentur, si navarchus, qui alio modo hostes effugere non posset, navem combussit. In Gallia hanc sententiam re iudicata confirmatam refert laudatus auctor (110). Cum enim certam supponant atque indubitatam navis captionem, malum illud ab hostibus profectum, minime vero

ro

(109) MARSHALL II. pag. 619.

(110) I. *Ch.* 12. *Sect.* 17. § 5. — VALIN ad art. 26. leg. ant. N. VALIN ad art. 350. pag. 473.

ro ex vitio navarchi ortum esse censebant. Propter eandem rationem iactus, quem navarchus fecit, ut hostes effugeret, damnis ab hoste illatis adnumeratur, adeoque ab assecuratore non restituitur, qui sub clausula *vrij van molest* assecurationem contraxit.

Sin vero merces, sub clausula laudata assecuratae, ab hoste vel pirata navi eripiantur, navis autem dein maris infortunio pereat, mercium assecurator nulla restitutione tenetur. Merces enim omnino deperditae sunt periculo, cui non erat subiectus, et cum earum interitu ipsa assecuratio cessat. Sed si ante illatam ab hoste molestiam mercium assecuratarum pars casu maritimo pereat vel corrumpatur, assecurator procul dubio datum damnum resarcire tenetur, etiamsi pars illa ab hostibus etiam capta fuisset.

Alia tandem clausula, quae in nostris polizzis verbis *onder konvooi* continetur, hic quoque memoranda est. Civitates nempe bellum gerentes vel etiam neutrales civium mercaturam navibus bellicis tueri solent. Adeoque, si belli tempore assecuratio contracta est, magna periculi parte assecurator, addita hac clausula, liberatur. Cum vero naves, sub hac clausula assecuratae, vel nulla sub tutela proficisci possint, vel etiam quae hoc respectu a se requirantur, aliquando negligant, videamus necesse est, quid, inexpleta clausula, contractui oriatur et quaenam requirantur, ut ipsi satisfiat.

Im-

Imprimis ex contrahentium voluntate et verborum sensu eliciendum videtur, num clausula conditionis naturam habeat, an vero pro simplici enunciatione habenda sit. Etenim si clausulae conditionis vim tribuamus, vel ea perficienda est, vel nulla est assecuratio, adeo ut assecurator ne maris quidem pericula sustineat, si navis sine tutela profecta est. Sed si clausula illa *onder konvooi* simpliciter additur, atque ab ea, tanquam a conditione, assecuratio non pendet, ex ipsa rei natura consequens non esse videtur, ut nulla sit assecuratio, si navis sine illa tutela proficiscatur. Hoc igitur casu diversa ratione statuendum est, prout impedimenta, quibus navis tutela privata est, assecuratoris periculo contineantur vel extra illud posita sint.

Si caussa, quare clausula non expleta sit, assecuratoris periculo continetur, assecuratio non tantum valet contra pericula maris, sed contra ea etiam, quae ab hoste metuuntur. Sic v. gr. si navis, suscepta ab assecuratore barateria patroni, facto navarchi sine tutela proficiscitur, vel ab ea aberrat, assecurator tamen damna ad hostibus illata restituere tenetur. Eadem res est, si navis casu quodam maritimo illa tutela privatur (111). Sed, si caussa, ob quam navis sine tutela proficiscitur, ab assecuratoris periculo ali-

(111) EMER. I. *Ch.* 6. *Sect.* 4 § 2 casu 2.

aliena est, pericula quoque, quae ab hostibus imminent, asſecuratione excepta ſunt. Quod attinet ad pericula maritima, distinguendum esſe videtur, utrum navis facto navarchi vel asſecurati, num vero caſu fortuito tutela privata ſit. Priori caſu nulla omnino est asſecuratio, cum asſecurato non liceat pro arbitrio a clauſulis recedere; posteriori autem, v. gr. ſi promisſa tutela non praestatur, asſecurationem contra pericula maritima validam esſe existimo. Nulla enim vel in ipſo itinere vel in periculis maritimis immutatio facta est. Immo periculum asſecuratoris, ſi asſecuratio, exceptis periculis ab hoste metuendis, maritimos in ſpecie caſus complectitur, non tanti momenti est, quam eius, qui hac conditione, ut ſub tutela navigaret, omnia pericula ſuscepit. Sic v. gr. ſi navis bellica, clasſe tempestate disperſa, non omnes naves tueri potest, et asſecurata navis ab hostibus capitur, asſecurator illati damni reſarcitionem praestare tenetur. Nulla igitur causſa adesſe videtur, quare asſecuratus omni asſecurationis utilitate destitutus foret, cum asſecurator hoc caſu non tantum damnum non ſentiat, verum etiam lucretur (112).

Tutelae autem, de qua diximus, requiſita, vel rationem ſpectant, qua perfici debeat, vel ad locum pertinent, quo et unde navis profi-

cis-

(112) BENECKE III. pag. 422. EMER. l. l. caſu I.

ciscatur. Navis bellica, quae asſecuratam navem tuetur, ipſius imperantis iusſu, defendendi et deducendi causſa, navem comitari debet (113); a navarcho autem asſecuratae navis requiritur, ut communicationis ſigna, quae a navi bellica praeſcripta ſunt (*ſeinbrieven*), literis mandata teneat.

Quod ad loca incipiendae et finiendae tutelae attinet, requiritur, ut ab incepto itineris curſu tutela quoque incipiat, niſi aliter ſtipulatum ſit (114), utque navis asſecurata ad finem itineris continuo ea gaudeat.

(113) EMER. l. l. pag. 171.
(114) EMER. l. l. pag. 166.

neris curſu apud asſecuratorem esſe videtur, donec illae loco destinato navi exonerentur, vel commode exonerari potuisſent. Sic etiam BYNKERSHOEKIUS (1). » Ut quid ſentio", inquit, » libere dicam, ſi non obſtaret legum auctoritas, » ego, quod ad merces et quod ad naves non » aliud damnum asſecuratoribus imputarem, » quam quod in itinere accidit, postquam nem» pe navis profecta est et antequam ſalva adve» nerit in locum destinatum". Sua enim natura asſecuratio pericula complectitur non ea, quae loco profectionis vel destinationis mercibus aliunde imminent, ſed ea, quae, dum in navi ſunt, a mari metuuntur. Quae autem nobis profectionis et destinationis loca dicuntur, revera, uti dein videbimus, portus ſunt et ſtationes.

Pleraeque tamen leges illas asſecurationis limites migraverunt, cum illae asſecurati propoſito non ſatisfacere viderentur. Cum enim asſecuratus merces ex repoſitoriis ad navem demittere deberet, ſua intererat, ut periculo mercium liberaretur, quarum curam gerere non facile posſet. Atque hinc esſe videtur, quod lex antiqua *Le Guidon de la mer* (2) mercium periculum asſecuratori impoſuerit, donec in repoſitoria esſent delatae.

Lex

(1) Q. I. Priv. Lib. IV. Cap. 2. pag. 529.

(2) *Ch.* 5, *art.* 9. et *Ch.* 9, *art.* 17. — EMER. II. *Ch.* 13 *Sect.* 2.

Lex Gallica conſtitutionem legis LUDOVICI repetiit et, niſi contractu aliter paciscatur, mercium periculum asſecuratori impoſuit *du jour qu'elles sont chargées dans le navire ou dans les gabares pour les y porter, jusqu'au jour ou elles sont delivrées à terre* cf. Art. 328. cl. 341. Eadem ratione mihi interpretandus videtur articulus 362, quamvis eo, ſi navarcho licitum est plures portus intrare ac ſtationes appellere, tum demum ad asſecuratorem periculum tranſire dicatur, cum navi merces impoſitae ſunt (*lorsqu'ils sont à bord.*). Legislator enim generalem regulam expoſuit, et articulo 328 verba: *ont été chargé dans le navire ou dans les gabares* ita coniunxit, ut eiusdem ſignificationis videri posſint; articulo autem 362 praecavisſe videtur, ne asſecuratus, ſi in diverſis emporiis navi merces imponendae ſunt, earum periculum ab inita asſecuratione asſecuratori impoſitum esſe existimaret.

Ex legibus patriis mercium periculum ad asſecuratorem tranſibat, ſi in urbis crepedinem vel ripam esſent delatae, ut inde ſcaphis ad navem deportarentur; cesſabat autem, ſi appulſa navi, merces loco destinato ad crepedinem vel ripam exoneratae esſent. Sed, ſi asſecuratus in exoneratione moras faceret, et navi tanquam repoſitorio uteretur, asſecurator periculo elapſis 15 diebus liberatus erat, niſi asſecuratus impedimenta probare posſet, quae

exonerationem retardaverant. Cum ea constitutione, quae legis Amstaelodamensis est (Art°. 5), statuta Dordracena (Art°. 50), Medioburgensia (Art°. 11) et Roterodamensia (Art°. 49) conveniunt, quibus tamen periculum finitur elapsis 14 diebus operariis. — In hac temporis definitione polizza Soc. Ass. Holl. legem Amst. sequitur, eaque etiam in specimine laudato repetita est (Art^is^. 517, 518).

Lex Gallica, quamvis faciendae mercium exonerationi definitum temporis spatium non tribuat, ideo tamen assecurato non permisisse existimanda est, ut pro lubitu assecuratoris periculum protraheret. Nisi polizza hac de re inter contrahentes convenerit, assecurator pro recepta consuetudine vel rerum conditione periculo liberatur.

§ 2.

*De loco onerandi vel exonerandi deque periculo onerationis et exonerationis.*

Nomina locorum, in quibus secundum polizzam oneratio vel exoneratio obtinet, continent etiam portus, stationes aliaque loca circumiacentia, quae opportunitate quadam navibus vel mercaturae inservire solent. Cum vero hac de re hodie non dubitaretur, legislator Gallicus de ea loci designati significatione non fuit sollicitus; lex autem

Am-

Amſt. Art. 4°., quaenam in genere ſint loca circumiacentia explicuit. *Door de circumiacentie van de plaats, van waar de asſurantie zijn aanvang zal nemen, word verſtaan niet alleen de plaats der ladinge, maar ook de zeegaten en zeehavens en voorts alle de tonnen, bakens of diergelijke teekenen, zoo daar eenigen mogten zijn, tot dat de ſchepen dezelve zullen zijn gepasſeerd.* De locis autem, quae propter commerciorum opportunitatem ad emporia pertinent eorumque nomine comprehenduntur, recepta conſuetudine ubivis conſtat. Ita Amſtaelodamum ſtationem habet Texelienſem (3) et Hamburgi nomine Gluckſtadium et Cuxhavenum continentur (4).

Asſecuratus autem iure praeſumere potest, asſecuratorem non tantum geographica locorum notitia valere, verum ea quoque non ignorare, quae uſu in mercatura recepta ſunt. Niſi igitur contrahentes polizza aliter convenerint, receptis moribus ſeſe compoſuisſe habentur. Sed ſi in onerando vel exonerando inſolita et periculoſa ratione nautae procedant, ſi v. gr. ſcaphis nimium parvis utantur, damna, quae hinc

(3) BYNK. Q. I. Priv. pag. 571 et 598.

(4) Ita iudicatum anno 1736; Cf. KLEFEKER, *Sammlung Hamb. Gesetze.* tom. VIII § 491.

hinc oriuntur, asſecuratori non ſunt imputanda (5).

De locis igitur, quae pro urbis cuiusdam portu vel ſtatione haberi posſunt, conſuetudine conſtat, aliaque norma admittenda esſe non videtur. Niſi conſuetudine recepta ſint, asſecurator damni reſtitutione non tenetur, etiamſi locus urbi ſit finitimus et maximam mercibus onerandis facilitatem et ſecuritatem praebeat. Asſecurator enim periculo liberatur, quia illud in loco deſignato, non in alio ſuscepit (6).

Cum in iure Gallico navarchi et nautarum vitia atque negligentia asſecuratione non comprehendantur, pericula quoque onerationis atque exonerationis ad asſecuratorem non pertinent. Damna enim disruptis funibus vel navis vecti orta ſibi ipſe imputare debet asſecuratus, vel ea navarchi negligentiae tribuenda ſunt. Si autem caſus forte accidat inſolitus, quem navarchus proſpicere nec cavere potuit, vel etiam ſi vectis publicus inopinato rumpatur, adeo ut ſuſpenſae ruant merces et damnum accipiant, caſum pro fortuito et asſecuratoris periculo ſubiecto habendum esſe existimo. Haec enim interpretatio cum articulo 328 con-

(5) BENECKE II. *Kap.* 8. *Abſchn.* 1. pag. 217. — EMER. II. II. pag. 14.

(6) Cf. BENECKE II. et KLEFEKER ibi I.

convenire videtur, quo merces *a die* onerationis periculo ſubiici dicuntur.

Iure patrio onerationis et exonerationis pericula asſecuratoribus incumbebant, hodie autem ſuſcepta barateria patroni iis ſubiiciuntur. Hoc caſu distinguendum tamen videtur, utrum vectis, quo merces navi imponuntur, asſecurati ſit, num vero navarchi vel civitatis nomine poſitus. Priori enim caſu illata damna ipſi asſecurato tribuenda, adeoque ab asſecuratore non reſarcienda videntur (7).

## § 3.

### *De periculo in asſecuratione navis.*

Si ex ipſa rei natura temporis ſpatium definiendum esſet, quo in asſecuratione *navis* periculum ad asſecuratorem pertineat, illud ab incepto usque ad peractum itineris curſum ipſi imponendum esſe videretur. Haec erat BYNKERSHOEKII ſententia (8) cum aetate, qua viveret, ſtatuta patria de initio et fine periculi in navis asſecuratione tacerent, et cum ea conveniunt, quae hac de re legislator Gallicus praecepit (Art. 328.): *Si le tems des risques n'est point déterminé par le contrat, il*

(7) Cf. BENECKE II. l. l. pag. 220.
(8) Q. I. Priv. pag. 530. et GROOT II. III. 24. 8.

*il court à l'égard du navire, des agrès, apparaux, armement, victuailles du jour que le navire a fait voile jusqu'au jour, ou il est ancré ou amarré au port de sa destination.*

Haec igitur asſecuratio pericula itineris complecti videtur a navis profectione, donec ea *ſalva* in loco destinationis ancoris vel funibus teneatur (9). Si autem ad locum destinatum appulſa est, ſed propter impedimenta, v. gr. fluitantes glacies, locum tutum obtinere non potuit, asſecurator periculo non liberatur. In ipſo autem itinere periculum ſemper et continuo ſuſtinet, etiamſi navis ancoris morari debeat, cum asſecuratio non tantum pro navi *navigante*, verum etiam iacente, contracta ſit.

Quamvis igitur asſecuratio non cesſet, antequam navis itineris ac navigationis periculo liberata ſit, periculi tamen ſpatium lege definitum aſecurati propoſito plerumque non ſatisfacit. Namque, licet illud rei naturae conveniat, magnum tamen cum in loco profectionis, tum destinationis asſecurato relinquit ſecuritatis deſiderium. Regula igitur, quam lex in genere exhibet, clauſulis, in polizza expresſis, moderanda est. Sic v. gr. polizza, qua Soc. Asſ. Holl. uti ſolet, asſecuratoris peri-

(9) Sic apud Anglos dicitur: *Until ſhe has moored at ancher 24 hours in good ſafety;* id est ita, ut exonerari posſit.

riculum eadem ratione extendit., qua illud legis Amſtaelodamenſis articulo 5 definitum erat.

Cum vero ea ſit inter navem et merces differentia, ut illae, nondum incepto vel abſoluto itinere, in repoſitorio ſerventur, haec ſemper maris periculo quodammodo ſit ſubiecta, asſecurati magnopere interest, ut navis pro toto abſentiae tempore asſecurata ſit. Ut igitur hunc finem attingat, asſecuratio contrahenda est pro abitu et reditu, veluti pro uno eodemque itinere; vel etiam pro temporis ſpatio, quod inter itineris finem et reditus initium elabitur. Priori caſu asſecuratio vacuum temporis ſpatium non relinquit (cf. Art. 335 et legem Amſt. art°. 5. Spec. art°. 516.); de posteriori deinceps videndum erit.

Statutis patriis periculum in asſecuratione *navis* latius patet, illudque legis Amſt. Art°. 5 ab incepta mercium oneratione incipit; deſinit autem, elapſis, postquam navis ad locum destinatum advenisſet, diebus 21 vel citius, ſi navis omnino esſet exonerata. Iure autem Roterodamenſi, Dordraceno et Medioburgenſi cesſabat elapſo die 14 operario (10). Speciminis laudati auctores ſtatuti Amſtaelodamenſis conſtitutionem ſecuti ſunt Art°. 516.

Si-

(10) L. Rot. art. 49. — Dord. art. 49—51. L. Med. art. 11. in fine. VAN DER KEESSEL, Th 748.

Sive autem asfecuratoris periculum, appulfa navi ad locum destinatum, cesſet, five etiam, ut in iure patrio, elapfis aliquot diebus definat, damnum postea illatum ab asfecuratore non reftituitur, etiamfi eius causfa tempore asfecurationis iam extiterit. Nifi enim asfecuratio eas habeat limites, quas leges vel polizza praefcribunt, periculum asfecuratoris in indefinitum temporis fpatium protrahi posfet. Sic, postquam navis alia fecisfet itinera, asfecura-

Si legem Amft. verbotenus interpretamur, periculum asfecuratoris, fi merces onerantur, ab incepta, fi faburra navi imponitur, a finita demum operatione incipit. Cum vero Speciminis laud. conftitutio Art°. 516 aliter fit dispofita et legem Amft. explicare videatur, eius verba hic addam. *In eene verzekering op de kiel en het kasco van een fchip begint de asfuradeur de rifico te lopen van het oogenblik af, dat de fchipper een begin heeft gemaakt met het laden van vrachtbetalende koopmanfchappen, of zoo hij alleen met ballast moet vertrekken, zoodra hij een begin heeft gemaakt om zoodanige ballast te laden.*

*Matten, behorende tot garnering, planken en ftellingen ter bewaring of het ftevig liggen der lading, dubbelde ftellen ankers, touwen, en verdere gereedfchappen, om in tijd van nood te gebruiken, hoezeer door den bevrachter, volgens met den fchipper gemaakt beding, aan boord geleverd wordende, zijn onder zoodanige koopmanfchappen niet begrepen.*

*De rifico, die de asfuradeur op zich genomen heeft, eindigd eenentwintig dagen, nadat het verzekerde fchip ter beftemde plaats is gearriveerd, of zooveel eer, als de laatfte vracht betalende koopmanfchappen zijn gelost. In eene verzekering op de kiel of het kafco van een fchip voor eene uit en te huis reize, of voor meer dan ééne reize loopt de asfuradeur zonder tusfchenpozing het gevaar, tot na eenentwintig dagen, nadat de laatfte reize is volbragt of zooveel eerder als de lading zal zijn gelost.*

rator de resarciendo damno conveniri posset, cuius caussa, vigente illa assecuratione, extiterat. Cum summa igitur incommoda hinc orirentur, statuendum videtur, ab assecuratore, elapso periculi tempore, nulla damna resarcienda esse, etiamsi a caussa, quae tempore assecurationis extiterat, evidentissime derivarentur (11).

## § 4.

### *De conflictu assecurationis, quae pro navis abitu contracta est cum ea, qua de navis reditu cavetur.*

De casu, quo duae assecurationes, altera pro navis abitu, altera pro reditu contractae, concurrant, leges Gallicae nihil constituerunt. Cum enim, uti vidimus, periculum in navis assecuratione peracto itineris cursu finiatur, casus ille obtinere non poterat, nisi legis constitutio clausulis immutata sit. Mirum igitur non est, legislatorem sollicitum non fuisse de casu ex illis stipulationibus orto, cum illae quoque stipulationes non a legis constitutione, sed a contrahentium voluntate pendeant.

Hic autem conflictus locum habere potest, si periculum assecuratoris clausula extenditur, uti il-

(11) MARSHALL I. pag. 1[illegible]4. — BENECKE II. l. l. pag. 241.

illud in polizza Societatis Asſ. Holl. factum esſe vidimus. Etenim ſi navi, antequam, quas adduxerat, merces exoneratae ſunt, aliae merces ad redeundum imponantur, periculum eius, qui reditum navis asſecuravit, concurrit cum periculo alterius asſecuratoris, qui non niſi elapſis 21 diebus eo liberatur. Sic navis periculum uterque asſecurator ſustinet, cum qui abitum, tum vero qui reditum asſecuravit.

Cum vero rei naturae repugnet, ut ex duplici damni restitutione asſecuratus lucraretur, alia excogitanda ratio est. Apud Gallos receptum erat principium, *qu'un navire ne peut périr en même tems d'entrée et de ſortie;* eoque, tanquam fundamento, nonnullae nituntur regulae, quas EMERIGONUS tradidit (12).

Leges patriae hac de re ſilent. —

§ 5.

*De periculi initio et fine in asſecuratione nauli.*

Quamvis iure Gallico nauli asſecuratio vetita ſit, nonnulla tamen de initio et fine periculi in hisce asſecurationibus videntur monenda, cum iure patrio licitae fuerint, et in novi codicis ſpe-

(12) II. *Ch.* 13. *Sect.* 20. pag. 80. et PARARY in not.

ſpecimine accurate definiantur. — Est autem ea, ratione periculi, ſingularis quaedam ſpecies, quae natura ſua nec asſecurationi mercium, nec etiam navis asſecurationi aequiparanda est. Simulac de mercibus convenerit et navis ad onerationem apta ſit atque inſtructa, certum exercitori naulum est, niſi maris infortunia illud ipſi eripiant. Fieri igitur potest, ut exercitor omisſi nauli damnum ſentiat, antequam merces navi ſint impoſitae, cum earum interitu naulo privaretur. Atque ſic videmus, nauli periculum non ab impoſitis navi mercibus, ſed ab inita de deportandis mercibus conventione derivandum esſe. — Sed, quamvis hoc reſpectu exercitori certum ſit naulum, inita tamen chartapartia ſola hanc certitudinem non praestat. Donec enim merces, de quarum oneratione convenit, ad onerandam navem non ſufficiant, incertum est, num navis itineri committenda erit. Si igitur navis perit, onerata tantum mercium parte, dici haud potest, exercitorem nauli fecisſe iacturam, quod, plena ac perfecta oneratione, accepisſet.

Quae cum ita ſint, videmus, quam difficile ſit in asſecuratione nauli, periculi initium definire. In genere enim praeſumi nequit, plenum atque perfectum navis onus fuisſe, neque etiam ab inita chartapartia asſecurator ſeſe obligasſe existimandus est, quippe cum inter eam et onerationem ſaepe magnum temporis ſpatium elabatur.

Ma-

Magis igitur rei naturae convenire videtur, asſecuratoris periculo naulum ſubiicere earum mercium, quae navi revera ſunt impoſitae (13). Hoc fundamento nititur conſtitutio ſpeciminis laud. Art°. 518: *In eene verzekering op te doene vrachtpenningen begint de asſuradeur het riſico te lopen op het oogenblik en naar mate, dat de vrachtbetalende koopmanſchappen in het ſchip geladen zijn, en eindigd 15 dagen, nadat het ſchip ter gedestineerde losplaats zal zijn aangekomen, of zoo veel eerder, als de vrachtbetalende goederen zullen zijn gelost en de vracht zal zijn verdiend* (14).

## § 6.

### *De asſecuratione pro definito temporis ſpatio contracta.*

Ex iis autem, quae hactenus disputavimus, facile patet, asſecurationes, quae illimitato tempore, ſed definita navigatione contrahuntur, utilitate atque frequentia iis praestare, quae limi-

(13) BENECKE II. l. l. pag. 254. — MARSHALL I. pag. 192.

(14) Licet ſatis perſpicua et aequa ſit illa ſpeciminis conſtitutio, ſaepe tamen pro rerum conditione moderanda erit. Sic v. gr., ſi contrahentes chartapartia conveniunt, ut navis oneratio in alio quodam portu fiat, navis autem, dum eo vehitur, maris infortunio perit, iniquum videri potest, amisſi nauli damnum ab asſecuratore non restitui.

mitato tempore indefinita itinera comprehendunt. Fieri tamen potest, ut hae ob singulares casus assecurati proposito melius inserviant, v. gr. si assecurator longinqui itineris pericula non nisi pro certo tempore suscipere consentiat. Accidit etiam, ut locus destinationis definiri nequeat, quod in navibus obtinet, quae ad praedandum armantur, vel etiam in navigatione oraria, quae Gallis *Caravane* dicitur (15). Hoc igitur casu temporis definitio unica ratio est, qua assecuratoris periculum circumscribi potest.

Ea autem assecuratio, ratione temporis limitata, contrahitur vel definito vel indefinito itinere. Priori casu ea a vulgari assecuratione eo tantum differt, quod periculum non absoluto itinere expiret, sed tempore terminetur. Posteriori autem assecuratio cum navis itinere nullo pacto coniuncta est, et navarcho, quo velit, navigare licet, ubique appellere, redire iterumque relinquere portum etc. Eadem vis est clausulae, Gallis usitatae, *de pouvoir naviguer partout* (16).

Lex Gallica antiqua expressis verbis assecurationes tempore definitas contrahere permisit (17). Ea autem, si polizza iter definitum esset, assecuratori totius itineris pericula imponebat, hac con-

(15) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 1. pag. 6.
(16) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 6. § 5.
(17) Tit. Ass. Art. 7. 34. 35.

conditione, ut, si iter definitum tempus excederet, praemium, periculi ratione habita, augeretur. Sed codicis auctores, assecuratori nullam obligationem imponendam esse rati, quae contractus limites excederet, hanc legis antiqui constitutionem codici non inseruerunt (18). — Apud nostrates haec assecurationis species etiam usitata fuit (19), et speciminis laudati auctores eadem hac de re statuerunt, quae in legibus Gallicis inveniuntur Art[is]. 335. 363. cf. Spec. l. Art. 503. 553.

Initium periculi in hac assecurationis specie certo die constitui solet. Nisi illud fiat, sed assecuratio a certo quodam loco pro tribus v. gr. mensibus contrahatur, periculum eodem tempore, quo in vulgari assecuratione incipit. Si autem navis, incepto assecuratoris periculo, tempestatum vel hostium metu in ipso portu vel alibi moratur, assecuratio pergit et assecurator praemium lucratur (20). Sic etiam, licet navis, absoluto itinere, intra definitum temporis spatium redeat, integrum praemium assecuratoris est, cum temporis definitio pro ipso itinere habeatur.

Sed

(18) *Analyse raif. des Trib.* pag. 97. et LOCRÉ ad hunc art. Tom. IV. pag. 184.

(19) VAN DER KEESSEL, th. 749. — BYNK Q. I. Priv. IV. 3. pag. 539.

(20) EMER. I. *Ch.* 13. *Sect.* 1. § 1.

Sed ſi navis, pro certo definitoque tempore asſecurata, vigente asſecuratione damno afficiatur, tempore autem elapſo pereat, quaeri potest, num et qua ratione asſecurator damni restitutione teneatur. Cum vero asſecurator maris pericula fide ſua esſe iusſerit, de reſarciendo damno illato ne dubitari quidem posſe mihi videtur. Si v. gr. navis asſecurata litori impacta est, asſecuratione autem finita perit, damni gravitas pro tempore differt et augetur, donec tota intereat. — Iniqua igitur hac in re mihi Anglorum videtur iurisprudentia, quae damnum illud non reſarcire oportere docet (21). Cum vero alia quaestionis pars ad locum de damni reſarcitione pertineat, ea ab inſtituti mei ratione aliena videtur.

Ad asſecurationes, quae pro definito tempore contrahuntur, ea quoque referenda est, quam exercitores navium praedatoriarum *pour le tems et terme de tant de jours de courſe effectifs* inire ſolent. Est autem ea non uno reſpectu ſingularis, cum asſecuratoris periculum non incipiat, niſi antequam navis isthmos atque promontoria praetervecta ſit, unde de ſuſcepto itinere conſtat, et ad asſecuratum temporis ſpatium non referantur tempora, quibus navis in portu vel ſtatione quadam commoratur. Si autem navis, dum in portu est, perit, asſecurato-

(21) BENECKE II, *Kap.* 8. *Abſchn.* 3. pag 448.

tores tenentur; *car*, ut EMERIGONUS inquit, *la ſtarie pendant la croſière ſuspend le tems fixé par la police, ſans ſuspendre ni altérer en rien l'asſurance même* (22).

## SECTIO ALTERA.

### DE IPSO ITINERE, TANQUAM DE LOCO, IN QUO PERICULUM VERSATUR.

§ 1.

*De definitione itineris, ratione loci et temporis.*

Poſitis igitur periculi terminis, nunc de ipſo *itinere* videamus, tanquam de loco, in quo periculum verſatur. Cum vero conſtare debeat de tempore, quo iter aggrediendum ſit et de ipſo navigationis loco, primo de harum rerum definitione nobis agendum erit. Dein (ſeqq. §§), facta itineris asſecurati cum navis itinere comparatione, videbimus, quaenam inter utrumque discrimina asſecuratorem periculo ſuo liberent.

Ex iis, quae antea Cap. 1. § 3. disputavimus;

(22) II. *Ch.* 13. *Sect.* 1. § 3.

mus, iam patuit, nomina portuum, unde navis solvitur et quo destinata sit, designari debere; cuius tamen rei aliquando in assecuratione, pró certo tempore contracta, exceptionem esse vidimus. Cum vero eo tantum fine iter suscipiatur, ut merces ab uno in alium locum transvehantur, non alia itineris designatio desideratur, cum exinde constet, navem solitum itineris cursum secuturam esse. Sed si navis ad locum, quo tendit, sueto cursu non vehitur, vel intermedios portus appellitur, necesse est, ut in polizza huius rei mentio fiat et loca illa polizza designentur.

De itinere autem non tantum ratione locorum constare debet, verum illud etiam respectu *temporis* determinari oportet. Polizzae igitur inserenda mentio est de tempore, quo navis oneratio et profectio constitutae sint. Si enim haec definitio omittitur, non tantum pericula in onerando protrahi, sed navigationis initium ad periculosiora anni tempora etiam differri posset.

Itineris assecuratio tacite ad primam eius navigationem pertinere intelligitur, vel, si navis itineri commissa est, ea de praesenti navigatione contracta videtur (23). Illud et rei natura docet, et plerisque polizzae formulis indicatur in verbis *op waren, geladen of nog te laden* *in*

(23) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 9. — l. 89 § 1. ff. de V. S.

*in het schip* cet. Atque sic etiam navis, quae assecurata est, ante navigationem assecuratam alia itinera aggredi nequit. Perversa igitur erat antiqua Gallorum iurisprudentia, quae, si tempus itineris non esset determinatum, et assecurata navigatio impediretur, polizzam pro subsequenti itinere valere iubebat. Sed EMERIGONUS, qui huius rei exempla refert, iurisprudentiam ad saniora principia reduxisse videtur (24).

Idem etiam scriptor exempla retulit rerum iudicatarum, in quibus diuturna itineris dilatione assecuratio extincta habebatur. Quae tamen, quod ipse addit, argumento esse nequeunt, assecuratores, certo quodam tempore praeterlapso, periculorum praestatione esse liberandos, cum in iis de immodica mora et plurimorum annorum spatio quaeratur (25). — Negari certe nequit, utilissimam esse in polizza temporis constitutionem; sed, etiamsi de eo nihil dicatur, tamen mihi praesumendum esse videtur, navem onerationi aptam esse, eiusque profectionem solito tempore secuturam. Quamvis enim lex ea de re nihil praecipiat, ea tamen insolitas moras comprobasse existimanda non est. Temporis autem definitio ideo saepe tota omittitur, qui-

(24) II. *Ch.* 13. *Sect.* 10.

(25) *La Loi n'a établi sur ce point aucun delai fatal et les assureurs doivent s'imputer de n'avoir pas limité le tems de l'assurance; car si la police renferme quelque pacte particulier, il faut s'y tenir.* EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 2. § 4.

quia difficile est, accuratam eius in polizza mentionem facere. Cum vero pleraque legis praecepta eo faciant, ut periculi gravitas ab asſecuratore aestimari posſit, arbitraria asſecurati mora legislatoris propoſito plane contraria est. Temporis igitur dilatio aequiparanda mihi videtur declinationi ab itinere asſecurato, cum asſecuratus in hac a navigationis loco, in illa autem a navigationis tempore deflectat (26).

§ 2.

*De itineris omisſione et mutatione.*

Si de effectu agimus, quem in asſecurationem itineris asſecurati *omisſio* habet, distinguendum est, num ea ante vel post inceptum asſecuratoris periculum inciderit. Omisſo itinere ante periculi initium praemium non ſolvitur, vel ſi ſolutum est, ab asſecuratoribus debet restitui. Iis autem pro deleta polizza, (*droit de ſignature*) ½ pro C asſecuratae ſummae perſolvi debet. Ea est Codicis Gallici conſtitutio, art°. 349 comprehenſa, quae cum legis antiquae Art°. 37 h. tit. convenit. *Si le voyage est rompu avant le départ du vaisſeau même par le fait de l'asſuré, l'asſurance est annulée; l'as-*

(107) BENECKE II. pag. 266.

*l'assureur reçoit à titre d'indemnité demi pour cent de la somme assurée*. Legislator hoc articulo accuratius dicere potuisset, *avant le risque commencé*, quam uti nunc legimus, *avant le départ du vaisseau*. Vidimus enim in hac temporis computatione ipsam carinam et onera navium non eadem legis constitutione regi. De vero autem huius legis sensu non dubitatur, et antiquae etiam legis interpretes conveniunt, dictis verbis periculi initium significari (27).

Alios tamen effectus itineris assecurati omissio habet, si assecuratoris periculum iam incepit. Praemium enim stipulatum suscepto periculo ad assecuratorem pertinet, eiusque nulla est ad assecuratum reversio (*ristorno*) Art°. 351. Adeoque si assecuratus ab itinere desistit, dum merces navi imponuntur, assecuratori acquisitum est praemium, cum contractus ex suscepto periculo plenum receperit vigorem. — Quamvis in iure patrio eadem valuerint principia, statutum tamen Amstaelodamense cum iis non videtur convenire (Art. 23). Hac enim constitutione damnum, assecuratori omisso itinere illatum uno pro C compensatur, si merces onerandae ad portus crepedinem iam delatae vel scaphis impositae essent, adeoque postquam mercium periculum incepisset. Speciminis autem

(27) EMER. *Ch.* 12. *Sect.* 30. § 4. — VALIN ad art. 37. leg. ant. h. tit. N. VALIN pag. 470. — Cf. etiam spec. laud. art. 535.

tem laud. auctores dimidiam ſtipulati praemii partem asſecuratori tribuunt, ſi navigatio, incepto quidem periculo, ſed ante profectionem omisſa est (Spec. Art^is^. 536 et 537).

Ab itineris omisſione distinguenda nobis videtur itineris *mutatio*, quae ſecundum EMERIGONUM obtinet, ſi navis ad alium quendam locum, quam quo destinata ſit, vehitur, vel etiam ſi, postquam portum destinatum appropinquaverit, mox locum petit magis distantem, vel denique ſi a recto, quo vehebatur, curſu deflectens ad portum destinatum tendere desinit et alio proram vertit (28). Navigationis igitur mutatio obtinet, ſi loca itineris finalia cum iis, quae polizza deſignantur, non conveniunt. Cum vero leges nomina portuum, unde navis ſoluta et quo destinata ſit, exigant, conſequens est, ut falſa destinationis deſignatio asſecurationem invalidam reddat. — Inprimis autem nobis distinguendum est, num ea itineris mutatio incepto vel nondum incepto periculo incidat. Mutata enim destinatione ante navis discesſum vel ante onerationem, praemii reverſio est ad asſecuratum. Sed ſi, incepto iam periculo, iter mutatur, praemium iure irrevocabili asſecuratoris est (29). Priori caſu ea-

(28) II. *Ch.* 13. *Sect.* 14. — VAN DER KEESSEL, th 753 et auctores ibi ll.

(29) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 11.

*l'asſureur reçoit à titre d'indemnité demi pour cent de la ſomme asſurée.* Legislator hoc articulo accuratius dicere potuisſet, *avant le risque commencé*, quam uti nunc legimus, *avant le départ du vaisſeau.* Vidimus enim in hac temporis computatione ipſam carinam et onera navium non eadem legis conſtitutione regi. De vero autem huius legis ſenſu non dubitatur, et antiquae etiam legis interpretes conveniunt, dictis verbis periculi initium ſignificari (27).

Alios tamen effectus itineris asſecurati omisſio habet, ſi asſecuratoris periculum iam incepit. Praemium enim ſtipulatum ſuscepto periculo ad asſecuratorem pertinet, eiusque nulla est ad asſecuratum reverſio (*ristorno*) Art°. 351. Adeoque ſi asſecuratus ab itinere deſistit, dum merces navi imponuntur, asſecuratori acquiſitum est praemium, cum contractus ex ſuscepto periculo plenum receperit vigorem. — Quamvis in iure patrio eadem valuerint principia, ſtatutum tamen Amſtaelodamenſe cum iis non videtur convenire (Art. 23). Hac enim conſtitutione damnum, asſecuratori omisſo itinere illatum uno pro C compenſatur, ſi merces onerandae ad portus crepedinem iam delatae vel ſcaphis impoſitae esſent, adeoque postquam mercium periculum incepisſet. Speciminis autem

(27) EMER. *Ch.* 12. *Sect.* 30. § 4. — VALIN ad art. 37. leg. ant. h. tit. N. VALIN pag. 470. — Cf. etiam ſpec. laud. art. 535.

tem laud. auctores dimidiam ſtipulati praemii partem asſecuratori tribuunt, ſi navigatio, incepto quidem periculo, ſed ante profectionem omisſa est (Spec. Art[is]. 536 et 537).

Ab itineris omisſione distinguenda nobis videtur itineris *mutatio*, quae ſecundum EMERIGONUM obtinet, ſi navis ad alium quendam locum, quam quo destinata ſit, vehitur, vel etiam ſi, postquam portum destinatum appropinquaverit, mox locum petit magis distantem, vel denique ſi a recto, quo vehebatur, curſu deflectens ad portum destinatum tendere deſinit et alio proram vertit (28). Navigationis igitur mutatio obtinet, ſi loca itineris finalia cum iis, quae polizza deſignantur, non conveniunt. Cum vero leges nomina portuum, unde navis ſoluta et quo destinata ſit, exigant, conſequens est, ut falſa destinationis deſignatio asſecurationem invalidam reddat. — Inprimis autem nobis distinguendum est, num ea itineris mutatio incepto vel nondum incepto periculo incidat. Mutata enim destinatione ante navis discesſum vel ante onerationem, praemii reverſio est ad asſecuratum. Sed ſi, incepto iam periculo, iter mutatur, praemium iure irrevocabili asſecuratoris est (29). Priori caſu ea-

(28) Il. *Ch.* 13. *Sect.* 14. — VAN DER KEESSEL, th 753 et auctores ibi ll.

(29) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 11.

eadem valet legis conſtitutio, quae omisſo itineri applicavimus; hanc enim navigationis mutationem asſecurati itineris omisſio praecedat, necesſe est. Caſu autem posteriori mutatio illa ſingularem et ſibi propriam habet naturam, eaque asſecuratoris obligationi finem imponit, ſimul ac navis ab asſecurati itineris curſu deflexerit. Cavendum autem, ne cum ea confundamus navis ab itinere declinationem, in qua, mutato licet curſu, immutata tamen manent loca itineris finalia.

Si navis in ipſa navigatione iter mutavit, rei probatio non erit difficilis; ſed quaeri potest, num iter pro mutato posſit haberi, ſi navis adhuc in portu moratur. Emerigono non ex asſecurati propoſito, ſed ex ipſius rei eventu ſtatuendum videtur, num mutatio facta ſit (30). Cavendum igitur ne pro mutato itinere habeamus mutatum ante profectionem destinationis locum. Ea enim mutatio alios habet effectus, eamque praecedat, necesſe est, itineris asſecurati omisſio, de qua ſupra iam vidimus.

§ 3.

(30) II Ch. 13. Sect. 14. Benecke II. pag. 316.

## § 3.

### *De declinatione ab itinere, de itineris prolongatione et contractione.*

Si navis, quamvis ad locum destinatum tendere pergat, ab usitata, qua inceperat, via deflectit vel cursum designatum non sequitur, *declinationem* ab itinere factam esse dicimus. Ea autem, si caussam habet assecuratori non subiectam, facta declinatione assecuratoris obligatio cessat. Illud ex ipsa profluit assecurationis natura, cum in ea de itinere constare debeat, adeoque praesumendum sit, nisi quid ea de re caveatur, navem brevissimo atque optimo, vel usitato saltem cursu vecturam esse. Si igitur ab hoc usitato vel definito itineris cursu assecuratus recedit, ab ipsius contractus conditionibus recessisse existimandus est.

Diuturna tamen consuetudine aliquando introducitur, ut naves ad locum quemdam profecturae certum appellant portum. Si de ea constat, assecuratores consuetudinis notitiam habuisse praesumendi sunt, adeoque navarcho licet usitatam adpellere stationem, etiamsi ea a recto itineris cursu disfita sit (31).

Eodem articulo, quo legislator Gallicus de itineris

(31) BENECKE II. pag. 345.

ris et navis mutatione loquitur (Art. 351), statuit etiam, assecurationem, facta ab itineris cursu declinatione, cessare. Ipsa autem rei natura docet, legis verba in hoc loco ad voluntariam tantum declinationem esse restringenda. — Cessat, uti diximus, assecuratio, simulac ab itineris cursu declinatio facta sit, eoque etiam ab itineris omissione haec declinatio differt; namque, si polizza locum destinationis indicat, quorsum tamen navis non proficiscatur, iter assecuratum a navigatione ab initio differt, et, cum ad eam polizza non pertineat, assecuratoris periculum etiam non incepisse existimandum est.

Ex eadem regula sequitur, assecurationis contractum non restitui, etsi navis, facta declinatione, rectam in viam redierit (32). Nec refert etiam, utrum magnum, num vero parvum temporis spatium ea declinatione sit praeterlapsum. Sive enim ea horae sive mensium moram producat, ab initio declinationis assecuratio plane sublata est.

Casus igitur, qui iustam faciunt declinationis caussam, obtinent, si navarchus necessitate coactus, vel etiam quo damna evitet, ad communem omnium utilitatem ab itineris cursu deflectit. Casus illi potissimum tempestate vel na-

(32) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 16.

navis reparandae necessitate existunt, sed iusta etiam ab itinere declinatio videtur, si ea ad investigandam tutelam vel ad hostium devitationem facta est (33).

Licita etiam navis ab itineris cursu deflectio videtur, si ea propter concussiones fiat, vel quo navis liberetur vectigalibus, quae contra iuris gentium praecepta coguntur. Si enim navarchus metuit, ut ea vi extorqueantur, ea aeque ac praedatorum et piratarum naves, evitanda esse patet. Sed si, ut licita defraudaret vectigalia, navem ab itineris cursu deflecteret, assecuratorum obligatio extingueretur. Eademque ratione concessa non videtur ea declinatio, si ut nonnihil parceretur, assecurator magno periculo esset expositus (34). — Nec autem legibus, neque a iudice improbari posse videtur declinatio, quae fit ab itineris cursu ad servandos naufragos. Praesumi enim non potest, assecuratorem declinationem recusasse, quam humanitatis et virtutis leges non tantum permittunt, sed exigunt. (35).

Quamvis iure patrio barateria patroni ac nautarum assecuratione erat comprehensa, pleraque tamen statuta de mutatione itineris et de de-

(33) BENECKE II. pag. 361. — PARK pag. 301. MARSHALL pag. 409.

(34) BALD. Tom. I. pars 4. *Tit.* 6. § 8.

(35) BENECKE II. pag. 364.

N 5

declinatione ab itineris curſu peculiaria quaedam ſtatuebant. Lex Amſtaelodamenſis pro diverſa navis vel mercium asſecuratione diverſam exhibebat conſtitutionem (Art°. 6). Liberatus enim erat asſecurator navis, ſi haec facto navarchi iter mutaret vel ab itinere declinaret, etiamſi asſecuratus ipſe rerum ignarus esſet. Sed in mercium asſecuratione legislator iterum pro diverſo caſu diverſa ratione ſtatuerat. Merces enim onerandae vel ad ipſos navis asſecuratae exercitores pertinent, vel alios habent dominos. Posteriori caſu asſecurator damni dati restitutione non liberatur, ſi iter vel itineris curſus facto magistri mutatus est; ſed priori caſu extincta est asſecuratio, ſi mutatio vel declinatio ab itinere facta est.

Harum distinctionum causſa in eo videtur quaerenda, quod navis exercitores ipſi navarchum eligant, mercium autem oneratores de eius electione ſolliciti esſe non posſint. Lege igitur Amſtaelod. non tantum colluſiones navarchum inter et exercitores praecaventur, ſed efficitur etiam, ut eorum magis interſit virum expertae probitatis atque prudentiae navi praefecisſe (36).

Ex

(36) De ceteris iuris patrii ſtatutis vide DE GROOT *Inl.* III. 24. § 11. et VAN DER KEESSEL th. 750. ſeqq. eaque, quae ſupra diximus Cap. III. Sect. 1. §. 2.

Ex iis, quae § praecedenti de mutatione itineris diximus, satis patet, quid de itineris *prolongatione* iudicandum sit. — Lex Gallica art°. 364, assecurationem eo casu extinctam esse ducit, cum e contrario, *contracto* itinere, assecuratio valida maneat (37). Lex generaliter loquitur, et, contracto licet itinere, plenos tamen effectus assecurationi tribuit. Cum vero ipse assecuratus periculo finem imponat, eiusque mutata voluntas assecuratori nocere non possit, facile patet, praemium integrum assecuratoris esse (38).

Si tamen ad ea, quae hoc art°. de itineris contractione dicuntur, ea referamus, quae de declinatione ab itinere disputavimus, legis verba quodammodo restringi videntur. Etenim si navis portum, loco destinationis propinquiorem, appulsa est, contractio itineris obtinet quidem, sed declinatio ab itineris cursu assecurationem iam sustulit. Oportet igitur, ut polizza assecurato concessum sit, portum quendam in itinere appellere, ibique finem assecuratoris periculo imponere lege permittitur.

In hoc loco tractanda etiam quaestio est, num valida sit maneatque assecuratio, si asse-

(37) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 13. qui huius prolongationis exemplum exhibet.

(38) LOCRÉ ad art. 364.

ſecuratus conſilium ceperat, ab itineris curſu deflectendi, hanc tamen declinationem non perfecerat. Affirmando nobis videtur reſpondendum, etiamſi asſecuratus vel navarchus conſilium illud ante profectionem cepisſet. Supra enim vidimus, facta demum declinatione, asſecurationem ſublatam esſe, adeoque, ſi ea non obtinet, valere pergit asſecuratio. — Haec autem ſententia iis maxime confirmatur, quae modo de contractione itineris dicta ſunt. Si enim deflectendi conſilium asſecurationem vitiaret, etiam pro ea itineris parte, quae cum itinere polizza definito conſpirat, itineris contractio asſecurationem retro vitiare deberet. Sed, quemadmodum in itineris contractione asſecuratio non finiatur, cum asſecuratus itineris contrahendi conſilium capit, ſed cum illud ad exitum perducit, ita etiam asſecuratio non cesſat, niſi post factam declinationem. Utroque caſu periculum minuitur, cum pro parte tantum itineris caveat, et totius itineris praemium lucretur (39).

Si plures ac diverſae viae ad locum destinatum ducunt, quarum navarchus eam eligere ſolet, quae pro diverſa rerum conditione

(39) BENECKE II. pag. 390. — PARK pag. 314. ſeqq. — MARSHALL II. pag. 406 et I. pag. 231.

ne ipsi optima videtur, assecuratum non oportet navarcho certum definitumque itineris cursum praescribere. Etenim, cum sic eligendi facultatem navarcho praeripiat, assecuratorem etiam commodo privasse existimandus est. Assecuratori autem praesumere licet, navarchum tutissimam viam electurum. — Cum vero navis perit, antequam ad locum vecta sit, unde varii itineris cursus divergunt, mandati reticentia polizzam non vitiat, cum ea assecuratoris periculum non auxerit. Sed si navis ex assecurati mandato periculosiori itineris cursu vehitur, illud pro declinatione ab itinere habendum videtur (40).

## § 4.

### *De clausula* faire échelle *aliisque clausulis, quae huc pertinent.*

Ex iis, quae huc usque de periculo assecuratoris in ipsa navigatione dicta sunt, necessarium esse vidimus, ut iter assecuratum accurate cum eo conveniat, quod polizza designatur. Cum vero in rebus agendis, alia ab aliis pendeant et multa casibus inopinatis et fortuitis vel etiam tempori accommodanda sint, admo-

(40) BENECKE II. pag. 409.

modum difficile est, omnia navium itinera et gerenda commercia a priori definire. Hinc plures receptae ſunt clauſulae, quae aſſecurati in navigatione libertatem extenderunt. Inter eas frequentisſima est clauſula, qua navi ſcalas facere permittitur (*la clause de faire échelle*). Scalae autem dicuntur portus vel ſtationes, ad quas navis adpellitur, ſive quod nautae commeatu aliisve rebus neceſſariis indigeant, ſive ut merces navi exonerarentur vel ei imponerentur. Loca, autem, quae Oceano adiacentia *escales* dicuntur, in mari mediterraneo *échelles* vocantur (41).

Sed praeter hanc aliae quoque clauſulae polizzae formulis inſeruntur, quae navem ad dextram et ſinistram navigare, portus ingredi, antecedere et retrocedere permittunt; quae licet diverſam habeant interpretationem, locum tamen destinationis mutari non concedunt (42).

Apud nostrates in polizza Soc. Aſſ. Holl., cum ea, quae pro mercium, tum quae pro navis aſſecuratione contrahitur, verba inveniuntur: *Zullende het voorz. ſchip mogen varen, voorwaards achterwaards, wenden en kee-*

(41) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect* 6. § 1.
(42) VALIN ad art. 27. leg. ant. h. tit. N. VALIN ad art. 351. pag. 478. EMER. *l.* l. § 3. Caſaregis, Disc. 67. n°. 23. Disc. 1 n°. 131. POTHIER, n°. 74.

*keeren aan alle zijden en door nood of met wille aannemen, al zulke havens en reeën, als den ſchipper of ſchippers tot nütte en vordering van de voorſchr. reis goeddunken zal.* Horum autem verborum interpretationi optime inſerviunt leges patriae, quas de itineris mutatione deque declinatione ab itineris curſu latas esſe vidimus (43). Navem enim ſemper ad locum destinatum tendere oportet, neque navarcho ab itineris curſu deflectere licet, niſi ea declinatio navigationi utilis vel necesſitate coacta ſit. Hae igitur clauſulae navarcho vel asſecurato novum ius non tribuunt, ſed ideo inprimis inſeruntur, ut, ſi navis ad deflectendum coacta est, asſecuratus contra asſecuratoris exceptiones atque cavillationes defendi posſit (44).

Supra (hoc cap. ſect. 1, § 1,) iam vidimus de conſtitutione, quam codicis Gallici articulus 362 exhibet, ubi de tempore agitur, quo mercium in itinere oneratarum periculum incipiat. Illud nimirum dictis clauſulis efficitur, ut ſi, navi ad portum intermedium appulſa, asſecuratus merces vendat et venditarum mercium pretio alias merces emat navique imponat, eae loco venditarum ſint, adeo ut peri-

(43) Amſt. art. 6. Midd. art. 14. Rott. art. 50, 52.
(44) BENECKE II. pag. 368.

riculo asſecuratoris ſubiiciantur, aeque ac merces, quae in navi manſerunt (45).

§ 5.

*De itineris asſecurati fine.*

Vidimus ſectione huius capitis priori, quando asſecuratoris periculo finis imponatur, postquam navis ad locum destinationis appulſa ſit. Hic antem videndum nobis erit, quando navis ad locum destinatum appulſa esſe dicatur, quandoque asſecurata navigatio terminetur, ſi non ad certum quendam locum, ſed *ad inſulam* vel *ad regionem* quandam destinata est; ſi *alio*, quam quo destinatus esſet, portu, exonerare coacta est; ſi asſecuratio *pro abitu et reditu* contrahitur; ſi asſecuratio *ad A vel ad B* audit; vel tandem ſi locus destinationis *ſimulatus* polizza deſignatur.

Si quis navem vel merces ad regionem quandam asſecurare iubet v. gr. ad Levantum vel ad inſulas Gallorum in America, non voluisſe videtur, ut navis primo, quo vehatur, portu maneat, ibique merces enonerentur. Tota enim regio deſignari ſolet, ut pro rerum conditione loca, ad vendendas vel emen-

(45) EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 8. § 2.

emendas merces idonea et commoda eligi possint. Polizzae igitur addenda est clausula, quae illud asſecurati propoſitum continet. Etenim ſi polizza ſimpliciter inſulae vel regionis mentio continetur, asſecurator primum inſulae eius regionisve portum, quem navis occupat, pro destinationis portu habere posſet (46).

Si navis propter necesſitatem vel aliam quamcunque causſam, asſecuratoris periculo ſubiectam, portum appellitur, quorſum non destinata ſit, ibique merces exonerantur, quaeri potest, num asſecuratio deſinat? — Cum vero navigatio asſecurata ad finem non perducta ſit, asſecurator periculo non liberari videtur. Si enim navarchus in portum incidit, ut hostes evitet, vel quia locus destinationis obſidione clauſus est, dici certe non potest, navigationem contractam vel prolongatam esſe. — Periculum asſecuratori impoſitum est, donec res asſecurata ſalva in locum destinatum pervenerit. Cum vero navarchus itineris curſum pro parte omittere, vel merces asſecuratas portu intermedio vendere easve alio itine-

(46) MARSHALL I. pag. 177. — BENECKE II. pag. 414 — Aſſecurationibus, quae in Gallia usque ad Levantum vel usque ad inſulas Gallorum in America frequenter contrahuntur, clauſula *de faire échelle* addi ſolet, eoque caſu periculum cum navis, tum mercium finitur, ſi merces omnes vel fere omnes exoneratae ſunt. EMER. *Ch.* 13. *Sect.* 18. § 3.

neris curſu ad locum destinatum ducere cogatur, damnum, quod ex mercium venditione oritur vel factae impenſae ab asſecuratoribus reſarciendae esſe videntur. Sive enim navigatio hac ratione ſit interrupta, ſive illud navis litori impactione factum ſit, omnia haec pericula asſecuratio complectitur, adeoque asſecurator huius rei ſequelas non minus praeſtare tenetur, quam damna, quae caſu maritimo existunt (47). Ad eas, quas diximus, ſequelas referenda ſunt damna, quae res asſecurata in terra patitur, ſi, navi in portum incurrere coacta, merces exonerari debent. Sic etiam, dum navis vel merces in locis ad avertenda contagia exſtructis morari tenentur, periculum apud asſecuratorem manet, quia navis locum destinatum nondum attigit (48).

Si asſecuratio pro abitu et reditu uno eodemque praemio contrahitur, locus unde navis profecta est, ſimul pro loco destinationis habetur. Asſecuratio nullum habet intervallum, ſed totum comprehendit iter, niſi navis, nulla necesſitate coacta, tamdiu moretur, ut ea navis in itinere mora ratione temporis deflectioni ab itineris curſu aequiparari posſet.

Si quis navem asſecurari iubet ad A vel ad B,

(47) BENECKE II. pag. 422. — EMER. I. *Ch.* 12. *Sect.* 34. § 1.

(48) BENECKE II. pag. 432. EMER. II. *Ch.* 13. *Sect.* 18 § 1.

B, illud voluisſe cenſendus est, ut, postquam navis ad primum locum A appulſa ſit, pro rerum conditione decerneretur, num merces ibi vel in alio loco exonerarentur. Ab asſecurati igitur propoſito plane aberrat, qui navigationis periculo asſecuratorem liberari ſtatuit, ſimulac navis primum locum attigerit. Asſecuratus enim, cum ita ſtipularetur, de commodo exonerationis loco cogitasſe cenſendus est, adeoque periculum ibi terminari debet, ubi merces exonerare incipit. Asſecuratoris igitur periculum ad ſecundum locum pergit, ſi merces vel omnino vel pro parte navi non ſunt exoneratae.

Quamvis haec clauſulae ſignificatio istis verbis non accurate indicetur, ea tamen asſecurati propoſito convenit, et uſu atque legibus recepta est (49). Quid enim asſecurato proficit, hunc vel illum exonerationis locum a ſe eligi posſe, niſi experiri posſit, quinam aptior ſit atque commodior? Cum vero illud ante profectionem cognovisſet, neceſſe non erat, ut destinationis electio expresſa clauſula asſecurati arbitrio relinqueretur. — Interdum autem asſecuratio ad portum A vel B contrahitur, quia tempore asſecurationis incertum erat, num licitum ſit, navem hunc intrare portum, quorſum destinata e-

(49) BENECKE II, pag. 426. Cff Tit. V. art. 10. legis Hamb. de Asſ. et art. 6, § 7. legis Suedicae apud BENECKE laudatae.

erat; eoque casu navarcho permissum esse debet navem ad primum appellere locum, quo de re certior fieri possit.

Negari tamen non potest, clausulam ad A vel ad B, si verba simpliciter accipimus, potius ita intelligi, ut iter desinat, ubi navis primo appellitur. Nisi igitur nostra interpretatio usu vel legibus confirmetur, vix tantum assecurati proposito concedi posse videtur. Ut autem hunc sensum habeant, dictis verbis addenda clausula est, qua navem ad utrumque locum vel ad unum eorum appelli permittatur. Sic v. gr. apud Anglos dicitur *From Charlestown to Emden or Leer, both or either* (50). Assecurato tamen licitum non videtur, locorum, qui polizza designantur, ordinem immutare, adeoque assecuratoris periculum cessat, si navis, postquam ad locum B appulsa sit, ad locum A vehitur, etiamsi merces exonerare non inceperit (51).

Quod ad locum destinationis et ad finem itineris attinet, si navis documenta simulata sunt, assecuratum hac de re etiam cum assecuratore convenire oportet. Haec igitur, si rite instructa sunt, dubitari non potest, quin eo demum tempore assecuratio cesset, quo navis ad verum destinationis locum appulsa sit. Etiamsi igi-

(50) BALDASSERONI I. pag. 4. Tit. 6. § 16.
(51) BENECKE II. pag. 398. — EMER. II. *Ch* 13. *Sect.* 12. § 4.

igitur navis in portum, contractu ſimulato deſignatum, forte incidere cogatur, asſecuratum tamen iter non cesſat et data damna ab asſecuratore reſarcienda ſunt (52).

Habes B. L.! quae ad leges Gallicas ac patrias de *periculo asſecuratoris* commentatus ſum. Uberrimus peracti laboris fructus erit, ſi, quae ſcripſi, peritorum virorum iudicio non prorſus displiceant.

(52) BENECKE II. pag. 432.

TANTUM.

# *T H E S E S.*

I.

*Egregia sunt, quae dixit* BOISSY D'ANGLAS (1): „Il n'y a jamais qu'un très grand bien à faire entendre la voix de la justice, même quand elle „n'est pas écoutée; elle même prépare son triomphe „et son règne arrive tôt ou tard."

II.

*Quamvis Gallos legum promulgatione, quibus etiamnum in patria utimur, de civibus suis benè meruisse credam, dubitare tamen mihi liceat, num eaedem leges eodem successu essent gavisae, nisi ea, qua fuerunt, ratione examinatae atque latae essent. Orationibus enim, quae de diiudicandis legibus habitae fuerunt, non tantum mira vis inest ad persuadendum civibus saluberrimum earum legum propositum, verum etiam legum interpretationem exhibent, quae*

(1) Essai sur la vie de MALESHERBES. *Tom. II. pag.* 308.

*quae quantum ad earum intelligentiam faciat, egregie docuit amicus integerr.* VAN RAPPARD (2).

III.

*Egregie vero talem legum ferendarum rationem earum interpretationi inservire existimo, si in scribendis legibus auctores, positis principiis generalibus, ea, quantum possint, arceant, quae ad legum doctrinam pertinent. Hoc enim casu orationes illae plurima offerunt argumenta, quae probanda sunt in eorum sententia, qui iuris doctrinam ad legum codicem pertinere contendunt, et plurima etiam avertunt mala, quae hanc rationem comitantur.*

IV.

*Ius usufructus, quod ex codice Napoleoneo parentes in bonis liberorum habent, a patria potestate Quiritium derivandum et parentibus privilegii in modum concessum videtur. Haec autem observatio permagni momenti est in huius legis interpretatione et propter eam negando mihi videtur respondendum ad quaestionem, num matri usufructus cedat, si pater, qui caussam divortio dedit, eo destituitur. — Recte autem novi codicis scriptores, sublato hoc usufructus iure, a codice Napoleoneo recesserunt et*

(2) *In dissertatione a me laudata pag. diss.* 58.

*et art°. 502 constitutionem exhibuerunt, legum de parentum potestate principio magis convenientem.*

V.

*In quaestione num uxor, petita tori et mensae separatione, communionis mobilibus sigilla apponere valeat, recte contra virum summum* PIGEAU *affirmantium sententiam tuetur amicisſ. conſ.* R. DE MAREES VAN SWINDEREN (3).

VI.

*Ex iure Gallorum civili debitores, qui in solidum tenentur, a creditore in ius vocati, in impensas iudiciarias neque in solidum sunt damnandi, neque pro iis possunt conveniri, nisi quisque eorum pro rata eius parte.*

VII.

*Si coniuges matrimonium inierunt sub legibus praecedentibus, quibus viro absque uxoris consensu rerum communium alienatio interdicta erat, ipsi etiamnum sub legibus Gallicis bona communia sine uxoris consensu alienare non licet.*

VIII.

(3) *In Diss. Inaug. De ratione, qua Codex civilis mulieres nuptas contra abusum potestatis maritalis tuetur. Gron.* 1820. *pag.* 138.

## *T H E S E S.*

### VIII.

*Aequitas omnino suadet, ut iudex, licet etiam solennia legibus suis requisita adhibita esse videat, nullum tamen contractum declaret, quem civis et peregrinus in huius civitate inierunt, neglectis loci solennibus ad contractus integritatem necessariis.*

### IX.

*Errare mihi videtur iudex, qui legis vim ac auctoritatem, quamvis casui proposito ipsius praecepta conveniant, suo de legis virtute iudicio subiicit, vel ab eius applicatione eo retinetur, quod ipsam legi fundamentali contrariam credat.*

### X.

*Vera sunt, quae de natura et indole contractus cambialis dicuntur a viro ampliss.* BEGOUEN (4): „Les Ictes dans l'analyse du contrat de change, y „ont trouvé réuni le contrat de mandat et celui de „change ou de vente. — C'est de la nature de ces „contrats, que decoulent tous les principes, et que „sont derivées toutes les règles, qu'a établi le lé„gislateur, rélativement à la lettre de change."

XI.

(4) Exposé des Motifs *ad Tit.* 8. *Lib.* I.

## THESES.

### XI.

*Leges de moderamine inculpatae tutelae, quae codice regni, quondam Hollandici, continentur, legibus anteponendas esse statuo, quae de hoc argumento codex Gallicus exhibet.*

### XII.

*Codex Gallicus de ratione procedendi in legibus criminalibus nimiam potestatem accusatori publico quod ad accusatum tribuisse videtur.*

### XIII.

*Sunt, qui putent, prohibitionem nuptiarum provinciam administrantes inter et provinciales in iure Romano* (*l.* 38. pr. et l. 63. ff. de R. N.) *constitutam fuisse metu, ne hisce nuptiis civitati noceretur, cum Rector aliusve, ducta provinciali muliere e familia potentiori, provinciam opprimere eiusve imperium affectare posset. — Lex vero Codicis unica:* Si rector provinc. vel ad eum. — *docet, hanc prohibitionem non civitatis, sed ipsarum mulierum gratia legibus fuisse insertam, ne potentiores auctoritate, qua in provincia fruuntur, abusi, invitam mulierem in matrimonium ducere possent; atque hac tantum ratione idonea caussa constitutioni legis* 38. ff. de R. N. *tribui mihi videtur.*

XIV.

## *T H E S E S.*

### XIV.

*Legem Rhodiam de iactu mercium a Romanis civitatis iure donatam; postea ad alios casus similes extensam fuisse, notum est. — Quaeritur autem, num extendi quoque debeat ad casum, quo aedes alicuius, ne latius flamma proserpat aliasque vicinas aedes consumat, dirutae sint. Communem opinionem esse statuit* VINNIUS (5), *damnum istud a vicinis quoque, ad quos probabiliter ignis pervenisset, resarciendum esse. Rectius autem illi, qui negantium sententiam tuentur* (6).

### XV.

*Quod* POMPONIUS *in lege* 16. § 4. ff. de minor. *dicit; in pretio emtionis venditionis naturaliter licere contrahentibus se circumvenire, nihil docet iniqui, aut quod est contra bonos mores. Neque enim ibi fraudes ac fallacias in emendo vendendo laudavit, easve natura licitas dixit, sed id voluit, mercaturae et commerciorum eam esse rationem, ut a natura eorum liber sit cursus, ideoque leges merito magnam pati in pretio inaequalitatem, modo dolus, mendacium et vitiorum reticentia absfuerint.*

XVI.

(5) *In nota ad* PECKIUM, de legg. naut. *pag.* 191, *n°* 6.

(6) GLUCK, Ausführl. Erläut. der Pand. *Tom. XIV. Sect.* 1. § 890. *pag.* 233.

## THESES.

### XVI.

FEODI, *uti in vetustisſimorum ſaeculorum monumentis reperitur, ſive* FEUDI, *quae ſcriptura recentioris est inſtituti, etymon, neque cum* HOTTOMANNO *a* fehde, *neque cum* BODINO *a notis Ictorum* F. E. D. U. M. *ſive a verbis initialibus formulae, qua fides dabatur:* FIDELIS ERO DOMINO VERO MEO, *neque cum* CUIACIO *a* foedere, *neque cum plurimis, quorum opinio receptisſima et viri ſummi* I. D. MEYER Esprit *etc.* I. *pag.* 181. *n*º 11. *auctoritate commendata est, a Latinorum* fide *videtur derivandum, verum vel cum* de LUDEWIO, de iure client. *in not. ad cap. II a Teutonicarum gentium* Feoh *ſive* Feod, *quod ſtipendium, mercedem vel varii generis alimentum ſignificat vel cum* KLUITIO, Hist. Crit. Comit. Holl. et Zeeland. *Tom. I. Part.* 2. *pag.* 26–30. *a Germanorum antiquo vocabulo* fied, *quod beneficium ſignificat, deducendum esſe videtur.*

### XVII.

*Plerique auctores et in his etiam* MONTESCUVIUS (7) *beneficia, unde postea feuda profecta ſunt, ab origine non ad vitam fuisſe conſtituta, ſed a domino directo*

(7) Esp. d. Lois *XXX Cap.* 16. — ROBERTSON, Hist. of CHARLES V. *Tom. I. Introd. not.* 8. — MABLY, Observations sur l'Histoire de France. *Tom. I. Lib.* 1. *Cap.* 3.

*recto pro lubitu revocari et beneficiariis, qui postea* vasalli *dicti sunt, auferri potuisse docent. Haec vero illorum opinio uti vera non est, ita minime probatur iis, quibus illi utuntur, argumentis nec etiam, quibus opinionem suam confirmant, veterum documentorum locis et scriptorum auctoritate. Contra vero statuendum est, beneficia iam ab initio beneficiario vulgo ad vitam utenda concessa fuisse.*

## XVIII.

*Principium aequalitatis virium inter gentes servandas (quod* aequilibrium *vulgo appellatur), ut liceat de manifesto iure gentem deiicere, iustae possessionis incrementa quoquo modo minuere, potentiorem vi belloque ob id solum infestare, quod fortuna emineat, et viribus plus valeat quam caeterae gentes, a naturae lege prorsus est alienum gentiumque iuri et libertati adversum, minorum aeque ac maiorum populorum securitati parum inserviens, tranquillitati inter gentes periculosum, nec ullo unquam consensu vel usu gentium firmatum.*

## XIX.

*Egregie dixit foemina nobilissima* DE STAEL HOLSTEIN (8): „Toutes les nations ont dans leur sein „des

(8) Réflexions sur la paix *pag.* 48.

„ des hommes mécontents du gouvernement établi; „ soit qu'il n'en existe aucun, qui n'ait commis quel- „ ques fautes, aucun qui puisse également satisfaire „ l'ambition de tous; soit parceque l'homme est si „ malheureux sur cette terre, qu'il ne peut s'attacher „ qu'à ce qu'il ne connait pas."

XX.

*Eademque praeclare:* (9) „ Les hommes ignorans „ veulent être libres, les exprits éclairés savent seul „ comment on peut l'être."

(9) *Ibidem pag.* 93.